DE

ACCENTU SANSCRITICO

AUCTORE

S. TH. AUFRECHT,
PH. DR.

PARTICULA PRIMA,

DE ACCENTU COMPOSITORUM.

BONNAE
H. B. KÖNIG.
1847.

DE

ACCENTU COMPOSITORUM SANSCRITICORUM

AUCTORE

S. TH. AUFRECHT.





BONNAE
H. B. KÖNIG.
1847.

BONNAE, TYPIS REGIIS EXCUDIT CAROLUS GEORGI.

FRANCISCO BOPP

PRAECEPTORI SUO

CUI SUMMA SE DEBERE GRATO ANIMO SEMPER PROFITEBITUR

HANC OPELLAM

D. D. D.

AUCTOR.

LECTORI S.

Quae tibi nunc offertur de accentu compositorum agens particula, quarta pars est operis, quo totam de accentu Sanscritico, quum a grammaticis traditam, tum e Vedorum lectione petitam, doctrinam absolvere in animo habeo. In altera parte *), quae, quum primum aliis negotiis vacabo, in lucem prodibit, de accentu affixorum et declinationis disseram in eaque simul de acuendi genere in diversis Vedorum scriptis usitato prolixius disputabo. Accentus designandi ratio, quam in hac particula usurpatam vides, Rigvedi est propria, nec minus

*) Tertia accentum coniugationis et maiorum sermonis partium continebit, in quarta cum lingua graeca comparationem instituam.

paucis quidem mutatis in Yajurvedo, Atharvavedo observata. Ea ita est instituta, ut syllaba acuto pronuntiata praecedenti gravi infra lineam, sequenti svarito *secundario* supra lineam posito, dummodo syllabarum numerus suppetit, significetur, syllabae vero svaritum secundarium sequentes nudae maneant, dum, quae gravem praecedunt accentu destitutae, in *Pada*-codicibus quidem, quibus, quum de singulis vocibus disputandum esset, obsequendum erat, gravi etiam notantur. Quod paucis exemplis illustrabo. Vox वित्नतांनिः (p. 6.) in syllaba त्न acutum habet, ut praecedenti वि gravi, ता svarito secundario insignito perspicitur; syllaba निः vero gravi pronuntiatur, quia, si v. c. et त्न et निः acutum haberent, वित्नतानिः scribendum fuisset. Voces सत्यधर्मा et मन्द्यत्सखः (ibid.) in syllabis र्मा et य acuuntur, quod praecedentibus gravibus intelligitur. Contra voces इन्द्राविष्णू, नक्तोषासा (p. 7.) praeter tertiam etiam in prima acutae sunt; sin minus, gravis sub इ et न poneretur. मित्रावरुणौ (ibid.) in mediis duabus syllabis acuto pronuntiatur, quum gravis syllaba मि praecedat, svaritus vero secundarius in syllaba रु positus sit. इन्द्रापूषणौ (ibid.) in prima et quarta syllaba acutum habet. Vox इन्द्राबृहस्पती tribus profertur acutis (cf. §. 53). Svaritus *primarius* lineola supra lineam posita, praecedensque syllaba, siquidem aliqua adest, gravi notatur, *sequens* vero non significatur;

v. c. भोज्योंष्णाः (p. 30) properispomenon est, त्र्यंचरः (p. 21) in prima circumflectitur. — Cctcrum indice in fine totius operis addendo curam habebo, ut singulae regulac, quae, quum grammatici indici, quorum vestigiis in hac particula sedulo pressius institi, in singularium maiorem, quam generalium rerum disquisitione operam ponant, solutiore fortasse vinculo cohaerere videntur, facilius reperiri possint. — Superest, ut te, B. L., orem, ut menda, quorum numerus iusto plus accumulatus est, quum et ipse singularum plagellarum emendationem curare non potuissem, et N. Delium, Virum Doctiss., cui, quum eam provinciam humanissime susceperit, etiam publice gratias referre debeo, manuscriptum meum non satis accurate exaratum saepius destituisset, ante libelli usum corrigere velis. Svaritus secundarius nonnunquam ultra iustam syllabam positus videtur, maximeque post longarum vocalium signa; verus tamen accentus vel gravi praecedenti, vel regula ipsa facile cognoscitur.

Lipsiae, Calendis Augustis 1847.

EMENDANDA.

P. 3. l. 11. supra post *sunt* adde: P. VI, 1, 217; l. 3. infra lege: paroxytonon; ibid. 2. l. श्रा°. — P. 6. l. 4. supra l. च॒°; ibid. l. 9. pro 2 lege 3; ibid. l. 13. l. °ज्ञां°; ibid. l. 15. adde: P. V, 4, 134; ibid. l. 10. i. l. स॒त्य॒°; ibid. l. 9. म॒°. — P. 7. l. 1. s. l. °श्रि॒श्रि॒°; ibid. l. 2. l. Â; ibid. l. 7. l. °ṇas; ibid. l. Bṛi°; ibid. l. 8. l. °ष्पू॒; ibid. l. 9. l. °क्षो॒°; ibid. l. 17. l. अ॒ग्नीन्द्राभ्यां; ib. l. 11. i. l. पू॒°; ibid. l. 9. l. °षपौं; ibid. l. 5. l. sicut; ibid. l. 2. pro *de* l. in. — P. 8. l. 5. s. चतुर्दशन्; ib. l. 6. l. पञ्चदशन्; ibid. l. 8. l. sicut; ibid. l. °चैत्र°; ibid. l. 22. l. अन्धकवृष्णाय; ibid. l. 2. i. l. neya. — P. 9. l. 3. s. l. श्रवा॒°; ibid. dele semicolon; ibid. l. 14. Rû°; ibid. l. 17. l. °शालि°; ibid. l. 18. l. श्रण्; ibid. l. 19. l. °र्व°; ibid. l. 21. l. °श्रांप°; ibid. l. का॒पि°; ibid. l. शै॒ति॒का॒क्ष°; ibid. l. 22. l. °पाकाः; ibid. l. °मौद्ग°; ibid. l. 23. l. कुन्ति°; ibid. l. 24. l. °युमलौ; ibid. l. 25. l. °कु°; ibid. l. °धा°. — P. 10. l. 1. s. l. श्र॒व॒न्ति; ibid. l. 4. l. शै॒ति॒का॒क्ष; ibid. l. 5. l. -rio; ibid. l. 7. l. -rikâm; ibid. l. 10. i. l. व॒त्स; ibid. l. सौ॒°. — P. 11. l. 14. s. l. °दास्; ibid. l. 18. l. स॒म॒भा°. — P. 12. l. 12. s. l. °पह्वं; ibid. l. 8. i. post vocali adde: a. — P. 13. l. 8. s. l. कापर्डः. — P. 14. l. 5. s. l. °षर्पिः; ibid. l. 15. वि॒श्वज॒नस्यं unicum est exemplum mihi notum, quod e generali reg. §. 1. in ultima acutum est; ib. l. 16. l. °द्रे°; ib. l. 17. l. °धाः; ib. l. 19. l. वि॒श्वाहंस्; ib. l. 20. l. वि॒श्व॒तूस्; ib. l. 21. l. वि॒श्व॒ासाट्; ib. l. nia. — P. 15. l. 3. l. °द्रु॒°; ib. l. 9. i. l. °ज्ञा॒°; ib. l. 5. l. °दक्षिणाः. — P. 16. l. 3. s. l. °ह्वं°; ib. l. 12.

l. स्पृह°; ib. l. 20. iti; ib. l. 7. l. पूर्ण°; ib. l. 3. l. श्रिति°. — P. 18. l. 10. l. नाड्यो°; ibid. l. 5. i. द्विस्तनां कु°. — P. 19. post *crassum* comma deest; ibid. l. 7. l. प्राङ् (oxyt.); ib. pro मध l. महा; ibid. l. 13. l. वत्समुख:; ibid. l. 15. l. स्तिं°; ib. l. 6. i. l. लोमशसंक्थ्यौ; ibid. l. 5. l. लोमश. — P. 20. l. 9. l. त्रिमूं°; ibid. l. 10. l. द्विमूर्ध:, त्रिमूर्ध:; ib. l. 18. l. regula; ibid. l. 7. i. l. द्विपाद्; ibid. l. 5. l. द्वि°; ibid. l. 2. l. च°. — P. 21. l. 8. s. l. त्रिशो°; ib. l. 18. l. देव°; ibid. l. वृक्काजिन:; ibid. l. 6. i. l. प्रल°. — P. 22. l. 3. s. l. Medinî; ibid. l. 7. l. इदम्प्र°; ibid. l. 11. l. तत्प°; ibid. l. 14. l. °र्भ्र°; ibid. l. 18. प्रन°; ibid. l. 1. i. l. inco°. — P. 23. l. 2. s. l. Sv.; ibid. l. 4. l. दुष्प°. — P. 24. l. 6. s. l. °तु:; ibid. l. 9. l. °तोको; ibid. l. 17. post *ferat* uncum adde. — P. 25. l. 13. s. l. दुरेवं:; ibid. l. 2. i. बहु°. — P. 26. l. 8. s. l. ब°; ib. l. 11. l. चक्ष°; ibid. l. 10. i. ante *Nonnunquam* pone: 2). — P. 27. l. 3. s. l. °प्रं°; ibid. l. 5. ante *Semper* pone: 3); ibid. l. पु°; ibid. l. 6. l. पुरु°; ibid. l. 7. l. पु°; ibid. l. 8. l. पुरु°; ib. l. 10. l. °मि°; ibid. l. 13. l. पु°; ibid. l. 17. l. °वांस्; ibid. l. 7. i. l. °दु°; ibid. l. 6. l. नृ°; ibid. l. 3. l. °न्ति:. — P. 28. l. 17. s. l. ग्रस्तु°. — P. 30. l. 7. s. l. °वंसु:; ibid. l. 13. i. l. भोक्ष्यें°; ib. l. 12. l. पा°; ibid. l. 8. l. पीत्वास्थि°; ibid. l. 7. l. स्नात्वाका°; ibid. l. 6. l. भोक्ष्यें°; ibid. l. 5. l. °नीयं. — P. 31. l. 8. s. l. सुगृह°; ib. l. 13. l. सुशर्मि; ibid. l. 16. l. °तं:; ib. l. 18. l. प्रवीर:. — P. 32. l. 4. s. post *recto* comma deest; ibid. l. 5. l. °हारक:; ibid. l. 13. i. l. दूर; ibid. l. 5. l. निष्ठ:. — P. 33. l. 1. s. l. श्र°; ibid. l. 5. l. भिदा°; ibid. l. 11. l. श्रा°, क्र°; ibid. l. 15. l. दुर्गा; ibid. l. 16. l. सु°; ibid. l. 19. l. दुरा°; ibid. l. 20. l. °मर्ष:; ibid. l. 5. i. ante *ducendus* adde: bene; ibid. l. 2. l. °क्रूर: (bis); ibid. l. 1. l. धिय°. — P. 34. l. 1. s. l. रयन्त°; ibid. l. 3. l. ब°; ib. l. 7. l. °हन्तु:; ibid. l. 8. l. अमीव°; ibid. l. 10. l. पु°; ibid.

l. 14. i. l. ॰व्याहास्; ibid. l. 6. l. इषु°. — P. 35. l. 1. s. l. अर्हरिष्वर्पाः; ibid. l. 3. l. °धावो; ibid. l. 6. l. बोः; ibid. l. 7. l. सु°; ibid. l. 9. l. कृकदाशुः; ibid. l. 16. i. l. सु°; ib. l. 12. l. तु°; ibid. l. 11. l. रा°; ibid. l. 3. l. राजसूयं. — P. 36. l. 3 l. सम्°; ibid. l. 6. l. कु°; ibid. l. 8. l. विप°; ibid. l. 9. l. उपस°; ibid. l. 11. l. वा°; ibid. l. 14. l. विभृ°; ibid. l. 15. l. सो°; ibid. l. 12. i. l. धञ्; ibid. l. 1. l. tractantur. — P. 37. l. 4. s. l. °गूथः; ibid. l. 5. l. निश्री°; ibid. l. 6. i. l. नोग्नारः; ibid. l. 5. l. पर्यायः. — P. 38. l. 1. s. alterum प्रस्ताव: dele; ibid. l. 5. l. शू°; ibid. l. 16. l. विभागः, विरोकः; ibid. l. 19. l. हस्कारः; ibid. l. 13. i. l. प्रसर्गैः; ibid. l. 1. l. °रतेः. — P. 39. l. 5. l. ज्ञयंः, दर्शः; ibid. l. 10. l. सनीसं°; ibid. l. 12. l. श्रं°; ibid. l. 15. l. °शायः; ibid. l. 16. l. प्रफु°; ibid. l. 18. l. शक्ति°; ibid. l. 21. l. वयो°; ibid. l. 25. l. व्यर्धः. — P. 40. l. 4. alterum उद्घः dele; ibid. l. 7. l. प्रलवः, °कपपाः; ib. l. 11. l. उत्सव; ibid. l. 13. i. l. अशित्रं, धरित्रीं; ibid. l. 7. गोसं°, ततः, तुन्द°; ibid. l. 5. l. महीध्रः; ibid. l. 2. l. स्तम्ब°. — P. 41. l. 17. s. l. दौवारिक°; ibid. l. 10. i. l. अप्रलीं ल°; ibid. l. 3. l. Huc. — P. 42. l. 5. s. l. अप्रलीं ल; ibid. l. 16. l. शालां°; ibid. l. 17. l. काञ्चीं; ibid. l. 20. *dicitur*, मकरी°. — P. 43. l. 5. l. कुक्कुटार्मं; ibid. l. 14. i. l. *utroque*. — P. 44. l. 11. s. l. °न्युपत्तं. — P. 45. l. 10. s. l. दम्पती; ibid. l. 11. lege धर्मं°; ibid. l. 14. dele uncum; ibid. l. 15. l. दा°; ibid. l. 5. i. l. द्विसुवर्ण°. — P. 46. l. 8. s. l. ग्रामं; ibid. l. 5. i. l. कुण्डल. — P. 47. l. 12. i. l. हिरं°; ibid. l. 10. l. ऋचीं°. — P. 48. l. 9. s. l. °बं°; ibid. l. 10. l. सांदिः. — P. 49. l. 2. i म°. — P. 50. l. 11. s. l. °मृदिता. — P. 51. l. 3. i. l. भिक्षांपा°. — P. 52. l. 1. s. post *collectis* comma deest; ibid. l. 10. l. दार्त्तिकटः. — P. 53. l. 13. s. l. के°; ibid. l. 3. i. l. असं°, अहा°; ibid. l. 2. l. आगंतयो°, उदुदा°. — P. 54. l. 1. दर्भं°; ibid. l. 11. l. कुटीं ज्ञः,

श्मीञ्ज्ञः; ibid. l. 12. l. °भीञ्ज्ञः; ibid. l. 14. i. l. ग्रसं°; ib. l. 13. l. उद्धुं°; ibid. l. 11. l. गर्भे°; ibid. l. 10. l. गेहेंव्याडः, गेहेंशूरः; ibid. l. 8. l. पिण्डीशूरः, मातरिपु°. — P. 55. l. 9. l. नि°; ibid. l. 11. l. °गिरिः; ibid. l. 14. l. रा°; ibid. l. 15. post 88. adde: *b*); ibid. l. 16. l. गो°; ibid. l. 22. l. राजन्. — P. 56. l. 6. l. गौ°; ibid. l. 7. l. गौ°; ibid. l. 5. i. l. ग्राहुर°; ibid. l. 4. l. पेलिं. — P. 57. l. 12. s. l. °करुंकं; ibid. l. 4. i. l. मेध्यं; ibid. l. 2. l. वेश्यं. — P. 58. l. 2. i. l. filius. — P. 60. l. 1. i. l. पत्निगपाक. — P. 61. l. 4. s. alterum uncum dele; ibid. l. 10. l. इष्कृ°; ibid. l. 12. l. वसुत्निः; ibid. l. 9. i. द्°. — P. 62. l. 14. i. l. कुमारत्नोमूताः. — P. 63. l. 1. s. l. गृं°, मुहाभारः; ibid. l. 6. l. प्रथमवैया°; ibid. l. 7. °न्नः; ibid. l. 13. i. l. ग्रार्यं°, ग्रार्यकु°, ग्रार्यब्रा°; ibid. l. 9. l. ग्रार्यं. — P. 65. l. 10. s. pro म्रुतिं l. स्तुतिं; ibid. l. 12. l. प्रह्लन्नि; ibid. l. 16. l. दुष्टुतिः; ibid. l. 8. i. l. पोतः. — P. 66. l. 4. s. l. गात्रं; ibid. l. 14. post प्राघ्न् adde: (oxyt.); ibid. l. 5. infra l. ब्राह्मणाः. — P. 67. l. 12. i. l. Çûdras; ibid. l. 6. l. प्रश्लिष्ट, संहित; ibid. l. 4. l. उपस्तुतः. — P. 68. l. 9. s. l. भित्ता°; ibid. l. 6. i. l.: Sequente voce, cui praepositio praefixa non est, affixo etc.; ibid. l. 1. l. Kârikâm. — P. 70. l. 3. s. l. ग्रपरकृ°; ibid. l. 7. l. पूर्वपं°; ibid. l. 16. l. v. c. वुञ् (= ग्रक P. IV, 2, 124); ibid. l. दृत्ति°. — P. 71. l. 8. i. l. कडङ्करीयं; ibid. Exempla ग्रर्घ्य, इभ्य, उदक्य, कश्य, गुल्म, दण्ड्य, बध्य, भङ्गय, भाग्य, मधुपर्क्य, मुसल्य, मेघ्य, मेध्य, युग्य, सुवर्ण्य, *oxytona* sunt, quum affixo य, non यत्, formata sint; ibid. l. 5. l. ग्रौर्ध्वच्छे°. — P. 72. l. 3. s. l. पौरुषेय; ibid. l. 5. l. वत्सीयं; ibid. l. 8. l. योग्यं, त्रैसं°; ibid. l. 10. i. l. °गहपोनात°. — P. 74. l. 3. i. l. उपाजिनं; ibid. l. 2. l. उपांशुः. — P. 76. l. 4. l. magna; ibid. l. 9. l. उपशालं. — P. 78. l. 13. l. परिकूलं; ibid. l. 17. l. 183; ibid. l. 18. l. प्रगृह्; ibid. l. 5. i. l. मात्र. — P. 79.

l. 5. s. l. ट्रस; ibid. l. 6. l. ज्ञातीयं; ibid. l. 9. l. मरीस. Ceterum numero V. plures voces addendae sunt: कुटार, टीट, नाट, भट, विट, विरीस, शङ्कट, शाल, षड्गव etc.; ibid. l. 2. i. l. अरिष्टतातिः

De accentu compositorum quas Pâṇinis, grammaticae Sanscriticae locupletissimus auctor, tradidit ducentas regulas *), eae, si non omnibus numeris absolutam, attamen satis perspicuam eius rei doctrinam proponunt. Quas quum Vir doctissimus Boehtlingk. in dissertationem, quam de accentu Sanscritico conscripsit, non recepisset, equidem hanc operam in me suscepi, non quo illius doctrinam me aequaturum sperarem, sed ut, quae est iuvenilis audacia, quid meae quoque vires in percurrendo grammaticae Pâṇinîyae, ut ita dicam, pelago valerent, ostenderem. Idque, ut in errores, quantum fieri posset, minimos inducerer, ita feci, ut pleraque, quae in primo Rigvedi et quatuordecim prioribus Yajurvedi libris necnon in Sâmavedi hymnis exstabant, exempla respicerem. Quo facto grammaticorum praecepta quum accuratius definiri, tum augeri atque amplificari poterant. Praeterea plerumque Bhaṭṭojis tantum explicationem secutus sum, ut qui ex puriore fonte quam Scholiasta hauserit. Nihilominus plura fore a me aut perperam intellecta, aut non satis dilucide prolata, in rei difficultate nemo est, qui me credat lubentius. Gaudebo, si opera mea non omnino irrita esse viris literarum Indicarum studiosis visa erit.

*) P. VI, 1, 223 — VI, 2, 199.

Ceterum eum ordinem, quem Pâṇinis secutus est, deserendum putavi. Ille enim composita non respectis in universum generibus ita disposuit, ut, ab iis, quae in priore membro suo pronuntiantur accentu, exorsus (VI, 2, 1—63), ad ea transiret, quae in prioris prima (64 – 91) aut ultima (92 —110) syllaba acutum habent, deinde ea doceret, quae in prima posterioris membri acuuntur (111—136), postea, quae in posteriore membro suum servant accentum (137—139), quae in utroque membro (140—142), denique, quae in ultima syllaba acuuntur (143—199). Ego vero rem planiorem fore putavi, si composita e generum ordine tractarem. A copulativis igitur initio facto deinde relativa *) tractavi, tum nominalia, determinativa, numeralia, adverbialia, quorum quatuor posteriora attributivorum nomine comprehendi. Sed ea ipsa separatione fieri non potuit, quin regulas nonnullas ad unum genus referrem, quae fortasse de Pâṇinis sententia ad plura pertinerent. Omnino haec res plena discriminis, in qua nisi erroribus non potest ad veritatem perveniri.

Sed priusquam ad compositionem ipsam transeam, de duabus rebus mihi dicendum est, quae ad intelligenda sequentia maximi sunt momenti: de potestate mutarum consonantium, quae a grammaticis ad significandum accentum affixis adduntur, deinde de accentu duarum vocalium coniunctarum. Atque, quod ad prio-

*) Sic praeeunte V. Cl. Lassen. bahuvrîhica nomino, praeterea nominalia ea appello, quibus V. Cl. Bopp. nomen dependentiae compositorum dedit.

rem rem attinet, nisi de singulis affixis speciales traduntur regulae, hae valent leges:

1) क्. Affixum secundarium (तद्धित) क् instructum acutum in ultima syllaba habet. P. VI, 1, 165. 2) च्. Affixum, cui च् additum est, acutum in ultima habet. VI, 1, 163. 164. 3) ञ्, न्. Voces affixis, quibus ञ् vel न् additum est, formatae acuto in prima pronuntiantur. P. VI, 1, 197. 4) त्. Affixa त् aucta circumflectuntur. P. VI, 1, 185. 5) प्. Affixa प् instructa gravi pronuntiantur. P. III, 1, 4. 6) र्. Voces, quae र् instructis affixis formatae sunt, paroxytonae sunt. 7) ल्. Voces affixis, quibus ल् additum est, formatae in ea syllaba, quae affixum praecedit, acutum habent. Quodsi vox bisyllaba tantum est, prior acuitur. P. VI, 1, 193.

Ea affixa, quibus aliae vel nullae additae sunt mutae literae, in prima *) syllaba acutum habent. P. III, 1, 3. Casuum terminationes gravi pronuntiantur. P. III, 1, 4.

Respectu duarum vocalium, contractione ad unam redactarum, de novem his combinationibus disserendum esset: I. /+\. II. /+/. III. /+∧. IV. \+\. V. \+/. VI. \+∧. VII. ∧+\. VIII. ∧+/. IX. ∧+∧. Quod quum suo loco accuratius facturus sim, nunc breviori mihi esse licet.

I. /+\ aut svaritum aut acutum efficit. cf. Böhtl. Acc. §. 61. Benfey. in censione libri Bochtlingkiani

*) i. e. veri affixi. Ita v. c. Uṇ. 2, 79. (Die Uṇâdi-affixe hgg. von Otto Boehtlingk. Petersb. 1844.) पुरुर्पा affixo क्यु = घन derivatur; itaque vox oxytonon est. Radici आखन् affixum इकवक additur (P. III, 3, 125. v. 4.), quare आखनिकवक pronuntiandum est.

(Hall. Allg. Lit. Zeit. p. 113 sqq.) in Sâmavedo semper acutum praeberi docuit. II. / + / = /. III. / + ∧ = ∧. IV. \ + \ = \. V. \ + / = /. VI. \ + ∧ = ∧. VII. ∧ + \ = ∧. VIII. ∧ + / = /. IX. ∧ + ∧ = ∧. Idem, si vocalis ante vocalem in semivocalem resolvitur, accentus efficitur excepta prima combinatione, ubi unus svaritus locum habet.

DE ACCENTU COMPOSITORUM.

Regulae generales.

§. 1. Exceptis relativis in universum ea valet lex, ut composita in ultima syllaba acuto pronuntientur (VI, 1, 223); v. c. अमित्रसेना, hostium exercitus, Sv. II, 11 *b* 6; हिरण्यरथः, aureus currus, Rv. 30, 16; नवज्वारः, novus dolor, Rv. 42, 8; महेन्द्रः, magnus Indra, Yv. VII, 39.

§. 2. Formae in fine compositorum vicem aliarum gerentes (Bopp. Gr. Crit. §. 681.), nisi de quibus in sequentibus aliter statuetur, maximam partem oxytona sunt. Quum omnes singulatim tractare longum sit, hoc tantum indicare volo, voces in sequentibus Pâninis regulis tractatas generalia sui generis praecepta sequi:

P. V, 4, 74: ऋच, पुर, अप, धुर, पथ; V, 4, 116. v. c.: कल्याणपञ्चमा रात्रयः, स्त्रीप्रमाणाः कुटुम्बिनः; V, 4, 116. v. 2: नेत्र; V, 4, 117: अन्तर्लोमः, बहिर्लोमः; V, 4, 129: प्रज्ञुः, संज्ञुः, ऊर्ध्वज्ञुः; V, 4, 131: ऊधन्; V, 4, 132. 133: धन्वन्; V, 4, 134: जानि; V, 4, 135—137: गन्धि; V, 4, 138—140: पाद्, fem. पदी; V, 4, 141—146: दत्, fem. दन्ती; V, 4, 146. 147: ककुद्; V, 4, 148. 149: काकुद्.

Affixo क, quod saepe compositis relativis additur, accentus non mutatur.

Utriusque generis exempla haec sunt: *a*) त्र्यायुषे, tria aeva, Yv. 3, 62. Pro आयुस् enim praecedente द्वि vel त्रि

यायुष (aff. अच्) dicitur. P. V, 4, 77. *b*) सुगवं, „the milking of the cows“, Sv. II, 10 *a* 15. E regula P. V, 4, 92. in fine composs. attributivorum pro गो गव (aff. टच्) ponitur. *c*) चतुरक्षः, quatuor oculis praeditus, Rv. 31, 13; सहस्राक्षः, Rv. 23, 3; हिरण्याक्षः, Rv. 35, 8. Pro अक्षि in fine composs. relativorum अक्ष (aff. षच्) ponitur. P. V, 4, 113. *d*) मित्रावरुणनेत्रः; सोमनेत्रः, Mitro et Varuno, Somo ducibus utens, Yv. 3, 35. In Vedis in fine composs. relatt. pro नेतृ नेत्र (aff. अप्) dicitur. P. V, 4, 116. v. 2. *e*) क्षिप्रधन्वा, celeri arcu praeditus, Sv. II, 6 *b* 11; अवततधन्वा, Yv. 3, 61. Pro धनुस् in fine composs. relatt. धन्वन् (aff. अनङ्) ponendum esse a Pâṇiue V, 4, 132. accepimus. *f*) वित्तजानिः, qui uxorem duxit, Rv. 112, 15; युवंजानिः, Sv. I, 3, 4, 5. Loco vocis जाया in fine composs. relatt. जानि (aff. निङ्) dicitur.

Abhorret tamen a Pâṇinis praeceptis compositum सत्यधर्मा, veraci virtute praeditus, Rv. 12, 7., quod generalem composs. relativorum (§. 11.) normam sequi vides. Atque Pâṇinis in fine composs. relatt., si unum tantum membrum praecederet, pro धर्म धर्मन् (aff. अनिच्) substituendum esse iussit. P. V, 4, 124. Quare सत्यधर्मा exspectasses. Etiam मन्दयत्सखं, „gaudium ferentis socium“, Rv. 4, 7. contra Pâṇinis regulam videtur peccare, e qua in fine composs. attributivorum pro सखि सख (aff. टच्) dicendum est. P. V, 4, 91. Ceterum Bhaṭṭojis Sk. fol. 234 *a* 2. ita vocem explicat: पतयन्मदयत्सखं। मदयति (sic!) मादके। इन्द्रे सखेति सप्तमीतत्पुरुषः। Cf. infra §. 21.

A. Composita copulativa.

§. 3. E generali compositorum regula (§. 1.) etiam copulativa in ultima syllaba acuuntur; v. c. सूर्याचन्द्रमसौ,

sol et luna, Rv. 102, 2; हेमन्तशिशिरौ, prior et posterior hiemis partes, Yv. X, 14; शूद्रार्यौ, Çûdras et Aryas, Yv. XIV, 30.

§. 4. Duo deorum nomina in composito copulativo coniuncta suum utrumque servant accentum (VI, 2, 141); अग्नीषोमौ, Agnis et Somas, Rv. 93, 8; इन्द्रावरुणौ, Indras et Varunas, Rv. 17, 1; इन्द्राबृहस्पती, Indras et Brihaspatis, Yv. VII, 23; इन्द्राविष्णू, ibid.; क्रतूदक्षौ, Yv. VII, 27; द्यावाक्षामा, Rv. 96, 5; नक्तोषासा, Rv. 13, 7; मित्रावरुणौ, Rv. 2, 9.

अग्नि, Rv. 1, 1. सोम, Rv. 2, 1. इन्द्र, Rv. 2, 5. वरुण, Rv. 2, 7. बृहस्पति, Rv. 14, 3. विष्णु, Rv. 22, 16. क्रतु, Rv. 2, 8. दक्ष, Rv. 89, 3. द्यावा, Rv. 61, 14. क्षामा dualis vocis क्षम् paroxytonon est. Cf. Boehtl. Acc. §. 8. नक्त, Rv. 24, 10. उषस्, Rv. 44, 1. मित्र, Rv. 2, 7.

Discedit a regula modo prolata compositum अग्नीन्द्राभ्याम्, Yv. VII, 32., cuius loco अग्नीन्द्राभ्याम् vel अग्नीन्द्राभ्याम् exspectares.

§. 5. Generalem tamen regulam (§. 1.) eae deorum compositiones sequuntur, quarum posterius membrum in prima syllaba gravi pronuntiatur, exceptis पृथिवी, रुद्र, पूषन्, मन्थिन् (VI, 2, 142); v. c. इन्द्रवायू, Rv. 14, 3., इन्द्राग्नी, Rv. 2, 1. E praecedente vero lege: द्यावापृथिव्यौ (द्यावापृथिवी, Rv. 35, 9), सोमारुद्रौ, इन्द्रापूषणौ, शुक्रामन्थिनौ dicitur.

वायु, Rv. 14, 10. पृथिवी, Rv. 22, 13. रुद्र, Rv. 27, 10. पूषन् Rv. 14, 3. Vox मन्थिन् hucusque in legendo mihi non occurrit. शुक्र, Rv. 12, 12. sic ut semper.

Duplex tamen accentus in voce मित्राग्निं, Mitram et Agnim, Rv. 14, 3. reperitur, ubi padacodices मित्रा अग्निं scribunt. Krama-codices de illo loco inspicere mihi non contigit.

In iis, quae sequuntur, quinque regulis prius membrum suum servat accentum.

§. 6. *a*) Numerale in initio compositi *) (VI, 2, 35); v. c. एकादशन्, undecim, Yv. VII, 19. (एक, Rv. 7, 9); द्वादशन्, duodecim, Rv. 25, 8; त्रयोदशन् **); चतुर्दशन् (चतुर्, Un. V, 58. aff. उरन्); पञ्चदशन् (पञ्चन्, Rv. 7, 9); षोडशन्; सप्तदशन्, अष्टादशन् (सप्तन्, Rv. 22, 16., अष्टन्, Rv. 35, 8. sic ut semper); नवदशन् (नवन्, Rv. 32, 14). Eodem modo reliqua usque ad centum numeralia pronuntiantur: सप्तविंशति, Yv. IX, 7; त्रयस्त्रिंशत्, Rv. 45, 2; चतुस्त्रिंशत्, Yv. VIII, 61.

§. 7. *b*) Si nomina Kshatriorum, e domo regia ortorum (राजन्याः), quorum alteri gentis अन्धक sunt, alteri gentis वृष्णि, ad compositum copulativum plurale coniunguntur (VI, 2, 34); v. c. श्वाफल्कचैत्रकाः, शिनिवासुदेवाः, posteri Çvaphalki et Citraki, posteri Çinis et Vasudevi.

Non satis clarum est, utrum regula sit ita intelligenda, ut ego, contrariis exemplis nisus, interpretatus sum, an ita explicanda, ut plures Râjanyi ex una eademque utriusque gentis coniungantur. Audiamus Bhaṭṭojem Sk. fol. 235 *b*. lin. 11. राजन्येति किं। द्वैप्यभैमायनाः (द्वैप्यभैमायनाः e §. 1.)। अन्धकवृष्णय

*) Ita regula expressa est; sine dubio vero de numeris tantum in initio compositorum in systemate decimali, quod dicunt, exstantium sermo est.

**) Bhaṭṭojis quidem त्रयोदशन् acuere iubet, त्रयस् anomalia oxytonon esse dicens; namque a त्रि in nominat. pl. त्रयः exspectatur. Cf. Boehtl. Acc. §. 18. et not. 38. Equidem Vâjasaneya — Sanhitam secutus sum, quae in composito relativo त्रयोदशाक्षरा, Yv. IX, 31. vocem tanquam proparoxyt. praebet.

एते न तु राजन्याः। Quodsi illi द्वैप्याः et भैमायनाः eiusdem gentis essent, his verbis uti non potuisset.

श्वफल्क, nepos, abnepos etc. Çvaphalki e gente; अन्धक et वासुदेव, nepos Vasudevi e gente वृष्णि P. IV, 1, 114. aff. अण् formata sunt. — शिनि teste Bhaṭṭoje parox. est. Idem grammaticus ellipsi quadam (लक्षणया) शिनि pro patronymico adhibitum esse docet. Quod apud Pâṇinem non invenio, etiamsi similia docentur. P. II, 4, 58—70.

§. 8. *c*) Si nomina discipulorum a magistro denominatorum coniuncta sunt (VI, 2, 36.); v. c. आपिशलपाणिनीयाः, sectatores Âpiçalis et Pâṇinis; पाणिनीयरौहिणाः, disciputi Pâṇinis et Rohiṇis; पाणिनीयरौढीयाः, discipuli Pâṇinis et Ruḍhi.

पाणिनीय et रौढीय teste Bhaṭṭoje affixo छ = ईय derivata sunt. — A voce अपिशल e regula P. IV, 1, 95. patronymicon आपिशलि formatur, a quo addito affixo अण् आपिशल derivatur. P. IV, 2, 112.

§. 9. *d*) In his compositis: कार्तकौजपौ, सावर्णिमाण्डूकेयौ (Sk. fol. 236 *a.* falso माण्डुकेयौ legitur, cf. P. IV, 1, 119.), अवन्त्यश्मकाः, पैलश्यापर्णेयाः, कापिश्यापर्णेयाः, शैतिकाक्षपाञ्चालेयाः, कटुकवार्धलेयाः, शाकलशुनकाः, शाकलशणकाः, शणकबाभ्रवाः, आर्चाभिमौद्गलाः, कुन्तिसुराष्ट्राः, चिन्तिसुराष्ट्राः, तण्डवतण्डाः, अविमत्तकामविद्धाः, बाभ्रवशालङ्कायनाः, बाभ्रवदानच्युताः, कठकालापाः, कठकौथुमाः, कौथुमलौकाक्षाः, स्त्रीकुमारं, मौदपैप्पलादाः, वत्सजरन्तः, सौश्रुतपार्थवाः, जरामृत्यू, याज्यानुवाक्ये (VI, 2, 37).

कार्त et कौजप a कृत et कुजप teste Bhaṭṭoje significatione तस्येदं (huius possessoris, i. e. vocis, a qua derivatur, haec res, haec qualitas) e regula P. IV, 3, 120. aff. अण् derivata sunt. — सावर्णि, a Savarṇa originem ducens, e reg. P. IV, 1, 95. aff.

इञ् derivatum est. — ऋबान्ति, Uṇ. III, 50. aff. क्तिच् derivatum, oxyt. est. — पैल, a Pîlâ descendens, P. IV, 1, 118 (cf. etiam II, 4, 59) aff. अण् derivatum est. — प्रौर्तकान्त probabiliter aff. अण्. — कटुक in Wilsonis vocabularia (WD.) aff. कन् derivatur, quod si verum est, proparox. est. — शाकल (गात्रे) aff. अण् e reg. IV, 2, 111. Cf. tamen Kârikâ ad P. IV, 1, 118. Aliis significationibus re vera अण् affigitur. P. IV, 3, 128. et Kâçik. ad P. IV, 2, 2. — सार्चाभिमौद्गलाः, कठकलापाः, मौदपैप्पलादाः sapientes sunt, qui छन्दांसि vel ब्राह्मणानि a ऋचाभ (?), मुद्गल, कठ, कलापिन्, मुद, पिप्पलाद revelata docent, vel studio noverunt. P. IV, 2, 66. Wilkins. Grammar §. 906. — सार्चाभि, P. IV, 3, 104. aff. णिनि. — कठ (v. P. IV, 3, 107) docente Bhaṭṭoje Sk. fol. 234 *b* 3. in collectione पचादि reperitur, igitur e regula P. III, 1, 134. aff. अच् derivatum est. — स्त्री oxytonon est, Atharvav. I, 1, 2, 8. — कालाप aff. अण्. P. IV, 3, 108. — मौद et पैप्पलाद P. IV, 2, 66. aff. अण् e regula P. IV, 1, 83. — अविमत्त vide infra §. 44, 6. ब्राभ्रव P. IV, 1, 106. non indicato affixo memoratur; sed e reg. P. IV, 1, 83. aff. अण् formatum erit. — वत्स, Rv. 38, 8. — सौश्रुत a सुश्रुत probabiliter अण् affixo derivatum est. Cf. schol. ad P. VI, 4, 164. — जरा a जॄ (जृष्) P. III, 3, 104. aff. अङ् derivatur. Aff. fem. टाप् est. P. IV, 1, 4. — याज्य e regulis P. III, 1, 124. VII, 3, 66. aff. ण्यत् formatum perispomenon est. —

§. 10. *e*) Duorum adiectivorum colorem significantium prius suum obtinet accentum (VI, 2, 3); v. c. कृष्णसारङ्गः, लोहितकल्माषः, niger et varius, ruber et varius. Sequente tamen एत, varius, generalis valet lex

(§. 1); v. c. कृष्णैतः, लोहितैतः. कृष्ण, Rv. 35, 2. लोहित; Un. III, 93. aff. इतन्.

Grammatici haec composita inter attributiva retulerunt (P. II, 1, 69); vix tamen eodem sensu posita putarim, quo vernacula lingua nos: *dunkelblau, rothbraun* etc. dicimus. Iidem enim grammatici etiam voces कृताकृतं, भुक्ताभुक्तं; उच्चावचं et similia composita attributiva habuerunt. Vide P. II, 1, 60.

B. Composita relativa.

§. 11. Relativorum ea est lex generalis, ut prius membrum suo pronuntietur accentu (VI, 2, 1); v. c. ग्रावहस्तः, lapidem manu tenens, Rv. 15, 7 (ग्रावन्, Rv. 28, 1.); वृत्रपुत्रा; cui Vritras filius est, Rv. 32, 9 (वृत्र, Rv. 4, 8.); ज्ञातवेदस्, sapientiam nactus, Rv. 44, 4 (ज्ञात, Rv. 23, 12.) *); प्रतवास्, eminenti robore gaudens, Rv. 87, 1.

Annot. Si prius membrum in omnibus syllabis gravem habet, e §. 1. accentus ponendus est; v. c. समभागः, cui similis est pars. सम enim teste Çântanâcaryo (Boehtl. Acc. p. 55 sqq.) IV, 10. in utraque syllaba gravi pronuntiatur.

Hoc loco nonnullas regulas collegi, quae minime cum grammaticis ad composita numeralia referendae sunt, sed ad quasdam bahuvrîhicas formas, praeterea ad nonnullas a composito numerali factas derivationes, sensu relativis proximas.

§. 12. *a*) Prius membrum suum obtinet accentum sequente composito, quod numerali incipit, si

*) Haec vox una cum nonnullis aliis in Boehtlingkii ad librum Unâdicum confecto indice auctoris praeceptis perperam intellectis falso duplici accentu insignita reperitur.

compositione mênsura exprimitur (VI, 2, 12); v. c. प्राच्यंसप्तसमः = प्राच्यसप्तसममात्रः P. V, 2, 37. v. 3.

Bhaṭṭojis vocem ita explicat: सप्तसमाः प्रमाणमस्य। प्राच्याश्चासौ सप्तसमश्च प्राच्यसप्तसमः। Wilson. vocem द्विसमः in lexico: „consisting of two equal portions“ vertit. Scholiasta praeterea exemplum गान्धारिसप्तसमः suppeditat. — प्राच्य P. IV, 2, 101. aff. यत् derivatur. Quod ne in ultima svarito pronuntiari debere putes, hanc Pâṇinis affero regulam, VI, 1, 213: „Voces affixo यत् formatae paroxytona sunt excepto नाव्यं; v. c. काम्यं (Rv. 6, 2.), चेयं, ज्ञेयं, दन्त्यं, कपठ्यं.“

§. 13. *b*) In composito numerali incipiente prius membrum suum servat accentum, si voces vocalibus इ, ई, उ, ऊ, ऋ terminatae, porro temporis periodos designantes, vel कपाल, भगाल, शराव sequuntur. Praecedente बहु (cf. infra §. 14.), quod a grammaticis numeralibus accensetur, ex arbitrio eadem valet lex, vel e regula §. 41. ultima compositi syllaba acutum habet (VI, 2, 29. 30.); v. c. पञ्चारत्निः (= पञ्चारत्नयः प्रमाणमस्य), quinque cubitos altus; पञ्चमास्यः (= पञ्चमासान्भूतः), cui quinque aetatis menses sunt. Vide P. V, 1, 82. et cf. द्वमास्यो गर्भः, Yv. 8, 28; पञ्चकपालः, पञ्चभगालः, पञ्चशरावः (v. c. पुरोडाशः), (butyrum) in quinque ollis vel vasis purgatum. P. IV, 1, 88. IV, 2, 16. पञ्चाश्वः vero dicitur, quia vox vocali terminatur: pretio quinque equorum emtus. P. V, 1, 28. 37. — बहुरत्निः vel बहुरत्निः, multos cubitos altus; बहुमास्यः vel बहुमास्यः, multos menses natus; बहुकपालः, vel बहुकपालः, multis ollis purgatus.

बहु Uṇ. I, 29. aff. कु.

§. 14. *c*) Etiam sequentibus दिष्टि et वितस्ति, quarundam mensurarum nominibus, praecedens numerale

suum servare potest accentum (VI, 2, 31.); v. c. पञ्चदिष्टिः vel पञ्चदिष्टिः, पञ्चवितस्तिः vel पञ्चवितस्तिः, quinque dishtes, quinque vitastes longus, altus etc., quas voces a Kâtyâyano (P. V, 2, 37. v. 3.) pro पञ्चदिष्टिमात्रः, पञ्चवितस्तिदघ्नः, पञ्चवितस्तिद्वयसः etc. positas esse edocemur.

§. 15. *d*) कंस, मन्य, शूर्प, पाय्य, काण्ड praecedente numerali in priore syllaba acutum habent (VI, 2, 122); v. c. द्विकंसः, द्विमन्थः, द्विशूर्पः, द्विपाय्यः, द्विकाण्डः.

Prima et tertia vox apud commentatores in regula P. V, 1, 28. recurrunt, ubi: „duorum Kañsorum, Çûrporum pretio emtus" explicantur.

§. 16. Voces रूप et कल्प in fine collocatas praecedens membrum suum servat accentum; v. c. वैयाकरणरूपः, याज्ञिकरूपः, मीमांसकरूपः, वृषलरूपः, चोररूपः, perfecti in suo quisque genere grammaticus, sacrifex, philosophus, Çûdras, fur.

वैयाकरण e reg. P. IV, 3, 120. aff. अण्. याज्ञिक, P. IV, 2, 60. aff. ठक् (= इक). मीमांसक, P. IV, 2, 61. aff. वुन् (= अक). वृषल, Uṇ. I, 106. aff. कलच्. चोर, P. V, 4, 38. aff. अण्. पटुकल्पः, dextro similis; शूलैरशनिकल्पैः, R. 1, 40. 19. पटु Uṇ. I, 18. aff. उन्. अशनिं, Rv. LIV, 4. कल्प huc referendum putavi, quia olim haec vox, a radice क्लृप् derivata, significationem speciei, formae videtur habuisse. पटुकल्पः igitur proprie eum, qui dextra specie gaudet, significaret. Simili modo वैयाकरणरूपः: qui grammatici habet speciem (veram), *ein leibhaftiger Grammatiker,* significare puto.

Grammatici utramque vocem in affixorum numero collocarunt. P. V, 3, 66. 67. (रूपप्, कल्पप्); Vopadevas (ed. Calc.) p. 104, 50. 106, 63.

In sequentibus quinque regulis prioris membri ultima syllaba acuitur.

§. 17. *a*) विश्व in initio compositi relativi in ultima acutum habet (VI, 2, 106); v. c. विश्वकृष्टिः, ab omnibus hominibus cultus Rv. LIX, 7; विश्वचर्षणिः, Rv. 9, 3; विश्वरूपः, Rv. 13, 10.

विश्व, Rv. 3, 7 etc. Grammatici falso ibi tantum regulam valere statuerunt, ubi composito nomen proprium vel appellativum (संज्ञा) formaretur. Etiam in ea re falsi sunt, quod ad unam relativam compositionem legem pertinere putarunt. Exceptis enim iis compositis, quae nuda radice terminantur, ubique fere modo supra dicto accentum positum vidi. Cf. विश्वचक्षाः, omnia revelans, Rv. 50, 2; विश्वनुमर्त्य, omnium hominum, Yv. V, 28 विश्वदर्शतः, ab omnibus conspiciendus, Rv. 25, 18; विश्वदेवाः, omnes dii, Yv. II, 22; विश्वधायास्, omnia sustentans, Rv. 73, 3; विश्वप्स्नी, „enjoyment-affording", Sv. II, 11 *a* 8. Yv. XII, 10; विश्वाह, omnibus diebus, Rv. 25, 12. Contra: विश्वतुर्, omnia vincens; Rv. 48, 16; विश्वासाह्, omnia superans, Sv. I, 2, 7, 1. Nihilominus विश्वधाः, Yv. I, 2.

§. 18. *b*) In composito, quod vocibus उदर, अश्व, इषु terminatur, prius membrum in ultima acutum habet (VI, 2, 107); v. c. दामोदरः, proprie: fune corpus cinctus = Kṛishṇas; हर्यश्वः *), fulvos equos possidens; महेषुः, magnum telum gerens.

---

*) यौवनाश्वः, quod in scholiastae explicatione legitur, ab homine ignaro huc relatum est, quum vox patronymicon sit, a युवनाश्व derivatum. Cf. P. VI, 4, 167. Trik. Çesha 2, 8, 3: यौवनाश्वस्तु मान्धाता, et Hemac. I, 3, 364: मान्धाता युवनाश्वजः.

Annot. Idem remanet accentus, si composito vituperium exprimitur (VI, 2, 108); v. c. कुण्डोदरः, घटोदरः, cuius venter urceo similis; कटुकाश्वः, cuius equus indomitus; चलेषुः vel चलाचलेषुः, cuius sagitta non rectum tenet volatum. —

Exempla Vedica, quotquot mihi praesto sunt, minime huic regulae obsequuntur. Sunt vero haec: पृषदश्वः, „maculatis cervis tanquam equis vectus“, Rv. 87, 4. 89, 7; हर्यश्वः, fulvis equis vectus, Sv. I, 2, 7, 2; ऋज्राश्वः, Rv. 100, 16; जीराश्वः, 119, 1. ऋज्र tamen et जीर ipsa sunt oxytona, cf. Rv. 117, 14. 48, 3. In loco Rv. 51, 13. an recte ex codice वृषणाश्वः descripserim nescio.

§. 19. *c*) Feminina ई vel ऊ terminata sequente बन्धु (VI, 2, 109); v. c. गार्गीबन्धुः, वात्सीबन्धुः, cui Gârgî, Vâtsî cognata est. P. IV, 1, 105. a गर्ग, वत्स patronymica गार्ग्य, वात्स्य aff. यञ् formantur. Aff. fem. e reg. P. IV, 1, 16. ङीप् est. Igitur themata गार्गी, वात्सी parox. sunt.

§. 20. *d*) Participium praet. pass. त (न etc.), terminatum, si praepositione praecessum est, in initio compositi relativi aut in ultima syllaba acutum habet, aut generalem regulam §. 11. sequitur (VI, 2, 110); v. c. प्रधौतमुखः vel प्रधौतमुखः, qui faciem lavit, प्रक्षालितपादः vel प्रक्षालितपादः, qui pedes lavit.

De प्रधौत, प्रक्षालित vide infra §. 118. In Vedis alteram tantum accentus ponendi rationem reperi; cf. अवततधन्वा, Yv. III, 61; प्रयतदक्षिणः, Rv. 31, 15; संज्ञातरूपः, Rv. 69, 5.

§. 21. *e*) In compositis Vedicis, quae participio sequens nomen regenti incipiunt, semper prioris membri ultima syllaba acui videtur. Exempla novi haec:

क्षयद्वीरः, viris imperans, Rv. 106, 4. (क्षयत्, Sv. II, 11 *a* 1 ε); जमदग्निः, proprie: ignem devorans, nom. propr., Yv. 3, 62; तरद्द्वेषास्, inimicos superans, Rv. 100, 3; भरद्वाजः, proprie: cibos sacrificales afferens, nom. propr., Rv. 59, 7. (भरत्, Rv. 1, 7); सनद्वाजः, cibum largiens, Sv. II, 4 *a* b; विदद्वसुः, thesaurorum gnarus, Rv. VI, 6. *) Atque quinque priora verba ad normam primae classis flectuntur, quare accentus in prima participii syllaba esse debuit. Adde his exempla: मंहयद्रयिः, opes augens, Sv. II, 5 *b* 16; मन्दयत्सखः, e §. 2. huc potius sensu: „socios exhilarans" referendum; यावयद्द्वेषास्, hostes repellens, R. 113, 12; fortasse etiam स्पृहयद्वर्णः, Yv. XI, 24, quarum exordiens membrum, utpote forma causalis, in syllaba causali अय् acutum habere debuit.

§. 22. Praecedente शिति vox, quae nulla conditione duabus plus syllabas habet, suum servat accentum excepto भसत् (VI, 2, 138); cf. शितिपादः, albipedes, Rv. 35, 5; शितिपृष्ठः, albo tergo praeditus, Sv. II, 6 *b* 5 (पृष्ठ, Rv. 58, 2). E lege vero §. 11. शितिंभसत् (शितिं, Ûn. IV, 143. aff. इन्) dicitur ibidemque शितिककुद्, albo cacumine praeditus.

Auctore Pâṇine V, 4, 146. 147. pro ककुद, vertex, gibber, in fine compositi relativi, quod ad aetatem designandam inservit, ककुद् ponitur, v. c. अजात-ककुद्, पूर्णककुद्, cui (bovi) gibber nondum percrevit, cui perfectus est, praeterea in voce त्रिककुद्, mons tribus cacuminibus praeditus. — In शितिककुद् igitur ककुद् compositione tantum duas habet syllabas. — De शितिकपठः vide infra §. 25.

---

*) Etiam nomen proprium त्रसदस्युः, Rv. 112, 14. ex त्रसद्दस्युः, hostes timens, ortum putarim.

§. 23. Composita Vedica, quae voce स incipiunt, sive haec sensu: „praeditus“, sive: „idem“ usurpata est, plerumque in priore membro accentum habent; cf. सगणाः, sociatus, Rv. 101, 9; सचेतास्, similia cogitans, Rv. 61, 10; सनीडः = सनीलः, iunctim commorans, Rv. 34, 9; सबन्धुः, cognatus, Yv. V, 23. Sv. I, 5, 2, 6; सबलः, fortis, Sv. II, 5 *a* 10; सभरास्, Yv. XII, 68; समनास्, eadem mente sociatus, Rv. 92, 16; सव्रतः, iisdem votis cultus, Yv. XIII, 25; सहूतिः, eadem prece invocatus, Rv. 45, 10. Contraria exempla, ubi alterum membrum accentum habet, haec sunt: सजोषः, iunctim placatus, Rv. 65, 1; सजोषास्, iunctim conciliatus, Rv. 43, 3; सप्रथास्, gloriosus, Rv. 18, 9; सरथः, curru instructus, Rv. 71, 6. Cf. etiam सधमादः, gaudiorum socius, Rv. 30, 13.

§. 24. कर्ण in fine compositi paroxytonon est (VI, 2, 112. 113.): *a*) praecedente voce colorem vel indicium (लक्षण) significante, v. c. शुक्लकर्णः, कृष्णकर्णः, cui albae, nigrae aures sunt; शङ्कुकर्णः, in cuius auribus hasta picta est; — *b*) si composito appellativum formatur, vel similitudo designatur, v. c. मणिकर्णः, quod fortasse nom. propr. est, गोकर्णः, cui aures sunt bovis auribus similes.

Scholiasta vocem लक्षणं signum esse declarat, cultro, aliis rebus simile, distinctionis causa (विभागार्थं) in pecoris auribus aliisque corporis partibus pictum. Arcte cum hac regula alia cohaeret, quae lib. VI, 3, 115. legitur. Ibi enim Pâṇinis in composito brevem vocalem finalem vocis „insigne“ denotantis exceptis विष्ट, अष्टन्, पञ्चन्, मणि, भिन्न, छिन्न, छिद्र, स्रुव, स्वस्तिक ante कर्ण produci iubet, v. c. द्विगुणाकर्ण, त्रिगुणाकर्णः, ubi iterum scholiasta: लक्षणं, in-

quit, signum est, quod pecoris corpori inditur, ut, cuius sit, cognoscatur.

§. 25. कण्ठ, पृष्ठ, ग्रीवा, जङ्घा, शृङ्ग in fine compositi relativi, appellativum formantis vel similitudinem denotantis, parox. sunt, शृङ्ग praeterea, si composito aetas exprimitur (VI, 2, 114. 115.); v. c. दशकण्ठः, Râvaṇas, Gîtagov. I, 22; खरकण्ठः, cuius guttur vulturis simile; काण्डपृष्ठः, miles, Hemac. I, 8, 434. 522; गोपृष्ठः, cuius tergum bovis simile; दशग्रीवः, Râvaṇas, R. I, 16, 18. 24, 7., अश्वग्रीवः, cuius collum equi collo simile; नाडीजङ्घः, corvus, Trik. Çesh. II, 5, 21; गोजङ्घः, bovis similibus cruribus praeditus; ऋष्यशृङ्गः, asceticus notissimus; मेषशृङ्गः, qui cornibus caprum aequat; उद्गतशृङ्गः, द्व्यङ्गुलशृङ्गः, cui pecori cornua prodierunt, cui duos digitos alta sunt, ita ut aetas inde cognosci possit.

शितिकण्ठः, nomen proprium Çivi, e §. 22. in ultima acuitur, quia illa regula in Pâṇinis libro nostram sequitur.

In iis, quae usque ad finem huius compositionis generis sequuntur, regulis alterius membri ultima syllaba acuto pronuntiari iubetur.

§. 26. स्तन praecedente numerali oxytonon est. Itidem in Vedis, ubi tamen voces etiam generalem regulam §. 11. sequi possunt (VI, 2, 163. 164.); v. c. द्विस्तना, चतुःस्तना, duobus, quatuor uberibus praedita. In Vedis द्विस्तनां कुर्याद्वामदेवः vel द्विस्तनां करोति.

§. 27. मुख, *animantis* os significans, oxytonon est, nisi indeclinabile, vox directionem versus aliquam plagarum coelestium exprimens, vel महा, स्थूल, पृथु praecedit (VI, 2, 167. 168); v. c. गौरमुखः, nigricante ore praeditus; भद्रमुखः, pulchro ore ornatus. Dicitur vero:

दीर्घमुखा शाला, aula magnis portis (?) praedita; उच्चैर्मुखः, erecto ore; नीचैर्मुखः, deiecto ore; प्राङ्मुखः, cui facies orientem versus, प्रत्यङ्मुखः, cui ad occidentem versa est; महामुखः, स्थूलमुखः, पृथुमुखः, cui os magnum, crassum latum est.

दीर्घ, Rv. 7, 3. उच्चैः, नीचैः, Uṇ. V, 12. 13. aff. डैसि et cf. collect. स्वरादि. प्राञ्च्, प्रत्यञ्च् vide §. 116. मह, Rv. 6, 6. स्थूल probabiliter oxyt. est, cf. स्थूर Sv. I, 5, 2, 10. पृथु, Rv. 9, 7.

§. 28. Si vero vocem मुख partic. praet. pass. praecedit, vel si compositione similitudo exprimitur, compositum etiam generalem sequi potest legem, §. 11., e qua गोमुखः, मुष्टिमुखः, वत्समुखः *semper* pronuntiantur, (VI, 2, 169); v. c. प्रक्षालितमुखः vel प्रक्षालितमुखः vel प्रक्षालितमुखः *), qui os lavit; सिंहमुखः vel सिंहमुखः, ore leoni similis.

सिंह Rv. 64, 8. मुष्टि quemnam habeat accentum, ignoro. वत्स vide §. 9. Similitudine motus, hoc loco exemplum अग्निजिह्वः, cui Agnis lingua est, Rv. 44, 14. adiungo.

§. 29. Etiam voce सक्थि terminata composita aut in ultima, aut e generali lege §. 11. acuuntur, nisi vox syllaba क्र desinens praecedit. In Vedis etiam prior vocabuli सक्थि syllaba acutum habere potest (VI, 2, 198. 199); v. c. गौरसक्थः vel गौरसंक्थः, श्लक्ष्णसक्थः vel श्लक्ष्णसंक्थः, flavis, teretibus coxis praeditus. In Vedis: अत्रिसक्थमालभेत, लोमशसक्थौ vel लोमशसंक्थौ.

गौर, Rv. 16, 5. श्लक्ष्ण, Uṇ. III, 20. aff. क्स्न. लोमश, P. V, 2, 100. aff. श. — Pro सक्थि et अक्षि in fine composs. relatt. (cf. etiam P. V, 4, 121) Pâṇinis V, 4, 113, si de animantis membris sermo esset,

*) De duabus ultimis formis vide §. 20.

सक्थ et अक्ष addito affixo षच् poni docuit; v. c. सुसक्थः, परमसक्थः, विशालाक्षः, कमलाक्षः. Atque च् illud compositum oxytonon esse innuit. Nostra igitur regula cam ob causam tantum tradita est, ut arbitrium e generali lege (§. 11.) acuendi ponatur. Vox vero चक्रसक्थः oxytonon tantum esse potest, aeque ac feminina, quae reg. IV, 1, 42. aff. ङीष् formata sunt. P. V, 4, 113. v.

§. 30. द्विपाद्, त्रिपाद्, द्विदत्, त्रिदत्, द्विमूर्धन्, त्रिमूर्धन्, द्विमूर्ध, त्रिमूर्ध aut oxytona sunt, aut in priore membro acuuntur (VI, 3, 197).

Pro पाद in fine composs. relatt. praecedente numerali पाद् poni docet Pâṇinis, itidemque pro दन्त दत्, si compositum ad aetatem designandam inservit v. c. द्विदत्, त्रिदत्, cui (pecori) iam duo tres dentes sunt. P. V, 4, 140. 141. — Pro मूर्धन् praecedentibus द्वि vel त्रि in compos. rel. मूर्ध ponitur. P. V, 4, 115. Exemplis in nostra regule datis non semper eam legem observari percipitur.

In Vedis semper fere post द्वि et त्रि posterius membrum accentum in prima vel postrema syllaba obtinere observavi, in prima ea conditione, ut altera compositi pars in prima syllaba acutum haberet. Cf. etiam P. VI, 3, 199. v. Exempla haec praebeo: द्विजन्मा, a duobus genitus, Rv. 60, 1. (जन्मन्, Rv. 20, 1); द्विपद्, bipes, Rv. 49, 3; द्विपाद्, Rv. 121, 3; द्विबर्हस्, duplici comitatu stipatus, Rv. 71, 6; द्विमाता, duobus parentibus genitus, Rv. 31, 2. (मातृ, Rv. 24, 1). — त्रिककुप्, triceps, Rv. 121, 4. (ककुभ्, Rv. 35, 8); त्रिचक्रः, tribus rotis innitens, Rv. 118, 2. (चक्र, Rv. 30, 19); त्रिधातुः, triplex, Rv. 34, 6. (धातु, Uṇ. I, 69. aff. तुन्); त्रिपद्, Yv. VIII, 30; त्रिपृष्ठः,

tribus sacrificiis cultus, Sv. I, 6, 4, 6 (पृष्ठ, §. 22); त्रिमन्तुः, triplici scientia instructus, Rv. 112, 4; त्रिवत्सः, Yv. XIV, 10. (वत्स, §. 9); त्रिवन्धुर, tribus postibus praeditus, Rv. 47, 2 (वन्धुरे, Rv. 64, 9); त्रिवरूथः, triplex auxilium praebens, Sv. I, 3, 8, 4. (वरूथ, Rv. 58, 9.); त्रिवृत्, quod dubito, an relativo generi accensendum sit; cf. Rv. 34, 9. 12. 47, 2. 118, 2; त्रिशोकः, nom. propr., Rv. 112, 12; त्रिषधस्थः, triplex, Rv. 47, 4. (सधस्थ, Rv. 101, 8); त्रिष्टुभ्, Yv. 9, 33. Denique vel intercedente membro: त्रिविष्टिधातुः, triplex, Rv. 102, 8. Exceptiones hae tantum mihi innotuerunt: द्विशवास्, duplici robore gaudens, Sv. II, 4 *b* 8; द्व्यक्षरः, bisyllabus, Yv. IX, 31; त्र्यक्षरः, trisyllabus, Yv. IX, 31; त्र्यम्बकः, tribus oculis praeditus, Yv. III, 58. 60.

§. 31. मित्र, amicus, et अजिन, dorcadis pellis, in fine compositi, appellativum formantis, oxytona sunt (VI, 2, 165); v. c. देवमित्रः, ब्रह्ममित्रः, वृकाजिनः, कृष्णाजिनः. Kâtyâyanas, haud dubie, ut nomen विश्वामित्रः explicaret, aliter acui docet, si composito nomen Ṛishis formetur. Vox e §. 17. proparox. est. Cf. विश्वामित्र ऋषिः, Yv. XIII, 57.

§. 32. Praepositionem sequens vox, animantis membrum significans, quod eiusmodi est, ut amisso vivi non possit (ध्रुव) *), oxytonos est excepto पर्शु (VI, 2, 177); v. c. प्रपृष्ठः, प्रललाटः, prominente tergo, fronte praeditus. Contra: उद्बाहुः, उत्पर्शुः.

§. 33. Etiam अन्तर, vocem vestimentum significantem sequens (VI, 2, 166); v. c. वस्त्रान्तरः = वस्त्रमन्तरं व्यव-

*) ध्रुव hoc loco per एकरूप explicatur. P. III, 4, 54. Bhaṭṭojis vocem: येन विना न जीवनं तद्ध्रुवं interpretatur.

धायिकं यस्य स वस्त्रान्तरः (Bhaṭṭ.), qui vestimento pro tunica utitur.

अन्तरं परिधाने Amara K. 331, 5 = Medini K. p. 127.

§. 34. Numerale ordinale, pronomina इदम्, एतद्, तद् sequens, oxytonon est, siquidem compositum ad exprimendam quarundam actionum consecutionem inservit (VI, 2, 162); v. c. इदं गमनं भोजनं वा प्रथमं यस्य स इदम्प्रथमः, i. e. inter negotia quaedam, quae homini alicui facienda erant, eundi vel edendi actionem primam fecit. Eodem modo: इदन्द्वितीयः, इदन्तृतीयः, एतत्प्रथमः, एतद्द्वितीयः, एतत्तृतीयः; तद्द्वितीयः, तत्तृतीयः, तत्पञ्चमः. Contra e regula §. 11. इदम्प्रथमः etc. pronuntiatur sensu: hic vir cuidam homini (v. c. ob doctrinam) primus, secundus etc. visus est, itemque v. c. इदम्प्रथमः, haec rex maximi cuidam est momenti.

§. 35. Quam vocem particulae अ vel सु praecedunt, ea oxytonos est (VI, 2, 172); v. c. अचेतास्, ignarus, Rv. 120, 2; अनन्तः, infinitus, Rv. 113, 3; अरेणुः, pulveris expers, Rv. 35, 11; सुक्षत्रः, egregios thesauros possidens, Rv. 19, 5. (क्षत्र, Rv. 24, 6); सुगोपाः, bono tutore utens, Rv. 86, 1. (गोपा, Rv. 1, 8); सुजिह्वः, pulchrilinguis, Rv. 13, 8. (जिह्वा, Rv. 14, 8).

Annot. I. Ante feminina abstracta ति terminata negatio semper acui videtur; cf. अक्षितिः, exitio expers, Rv. 40, 4; अदितिः, proprie: fissionis immunis, nom. propr., Rv. 24, 1.; अरातिः, proprie: donum non praebens = inimicus, Sv. I, 1, 1, 6; अशस्तिः, inglorius hostis, Rv. 100, 10. Yv. XI, 15.

Annot. II. Praeterea haec composita relativa in prima syllaba acuta reperi: अदेवः, deos adspernens, Sv. I, 3, 8, 6. II, 8 *b* 20; अनागास्, in columitatem

nactus, Rv. 24, 15. Yv. IV, 12; अनापिः, parem non habens, S. I, 5, 2. 1; अप्रजाः, prole destitutus, Rv. 21, 5, cuius vocis accentus eo mirabilior est, quum Pâṇinis V, 4, 122. अप्रजास्, दुष्प्रजास्, सुप्रजास् (cf. Yv. VII, 18.) in ultima esse acuenda docuerit; अहृयः, ignominiae expers, Rv. 74, 8; नवेदास्, nescius, Rv. 79, 1.

§. 36. Praecedente conditione si composito affixum क (कप्) additur, penultima acutum habet (VI, 2, 173); v. c. अब्रह्मबन्धूकः, cui Brâhmaṇî cognata non est; सुकुमारीकः, qui bonis filiabus gaudet.

Annot. Quodsi vox, cui क additur, brevi vocali terminatur, penultimam praecedens syllaba acuitur (VI, 2, 174); v. c. अव्रीहिकः, सुमाषकः. Contra: सुकर्मकः, proba faciens, et सुस्रोतस्कः, bono alveo praeditus (fluvius), quia harum vocum themata consonantibus terminantur (Sk. fol. 240 *a* 3). Vocem अज्ञकः, quem nemo novit, in ultima acuere iubent, quum in posteriore parte nulla sit syllaba, quae praecedat.

Quae sequuntur quatuor regulae exceptiones paragraphi 33. statuunt.

§. 37. *a*) Themata affixis मन् vel अस् terminata exceptis लोमन् et उषस् praecedente सु in prima syllaba acutum habent; v. c. सुत्रामा, fausta conservatione gaudens, Yv. X, 31; सुब्रह्मा, bonis hymnis laudatus, Sv. II, 1 *b* 13; सुमन्मा, sapiens, Sv. II, 9 *a* 14; सुशर्मा, bonum auxilium largiens, Rv. 93, 7. Legenti mihi unum tantum compositum ab ea regula discedens occurrit: स्विध्मा, micans, Rv. 121, 7. — सुदंसास्, facinoribus clarus, Rv. 62, 7; सुपेशस्, formosus, Rv. 13, 7; सुराधस्, opulentus, Rv. 23, 6. — Accentum vocis सुयशस्तरः, maxima gloria

stipatus, Sv. I, 4, 9. ita explico, ut alterum membrum ग्रास् adiectivum, non substantivum, esse declarem. Cf. Sv. I, 3, 6, 6. Anomalum tamen: सुमंख:, bonis sacrificiis cultus, Rv. 64, 1. 85, 4. et सुवयाः (उपस्थे) P. VI, 2, 106. v. 2.

§. 38. *b*) Etiam सुक्रतुः, fausta peragens, Rv. 12, 1; सुदृशीकः, pulchro adspectu praeditus, Sv. II, VIII *b*, 21; सुप्रतीकः, fulgidis membris praeditus, Rv. 92, 6. (Sv. II, 11 *b* 7. tamen सुप्रतीको legitur); सुप्रतूर्तिः, „bene ferientem", „the extirpator of our enemies", Rv. 40, 4. Sv. I, 1, 6, 8; सुहव्यः, felici sacrificio praeditus (Rv. 74, 5. tamen सुहव्यः legitur); सुभगः, proprie: bonam partem nactus = faustus, Rv. 4, 6. acutum in syllaba particulam सु sequente habent (VI, 2, 118).

सुक्रतुः etiam compositum determinativum haberi potest, quum क्रतु saepius adiectivi et nominis agentis naturam prae se ferat Rv. 17, 5. 66, 3. 67, 1. 77, 3). Vocem दृशीक hucusque adiectivam tantum reperi: Rv. 27, 10. 66, 5. 69, 5. प्रतूर्तिः, pugna, Sv. I, 4, 2, 9. cf. Yv. 9, 6. — Addi possunt: सुदीदितिः, bene splendens, Sv. II, 6 *b* 13; सुप्रकेतः, bona utens providentia, Sv. II, 1 *a* 16; सुप्रणीतिः, recta via ducens, Rv. 73, 1.

§. 39. *c*) In Vedis paroxytonon bisyllabum, particulam सु sequens, suum servat accentum (VI, 2, 119), praeterea etiam सुवीर et सुवीर्य in Vedis paroxytona sunt (VI, 2, 120); v. c. सुदक्षः, robustus, Rv. 91, 2. (दक्ष, §. 4); सुरथः, egregio curru praeditus, Rv. 22, 2. (रथ, Rv. 6, 2); स्वश्वः, bonis equis instructus, Rv. 84, 6. (अश्व, Rv. 16, 9).

In ultima tamen compositum: सुधारः, lucido liquore praeditus, Sv. I, 5, 5, 10., acutum est, quamquam

धार्य in Vedis quidem semper paroxytonon est. Si vero grammaticis fides habenda est, hoc vocabulum etiam oxytonon esse potest. P. III, 3, 104. — सुवीरः et सुवीर्य, etiam ubi compositorum determinativorum locum occupant (cf. Sv. I, 1, 3, 11. Rv. 10, 6.), paroxytona sunt. Ceterum et वीर (Rv. 18, 4.) et वीर्य (Rv. 32, 1.) in ultima accentum habent, quo factum est, ut Pâṇinis illa duo composita propria regula tractaret.

Etiam praecedente particula दुस् in Vedis vox bisyllaba sequens suum accentum servat: cf. दुःशंसः, infamis, Rv. 23, 9. (शंस, Rv. 18, 3); दुराधीः, mala cogitans, Sv. I, 2, 1, 9. (आधी, Rv. 105, 7); दुरेवः, aegre appropinquandus, Rv. 117, 4. (एव, Rv. 62, 8); दुर्मतिः, scelesta cogitans, Sv. I, 5, 1, 7. (मति, Rv. 57, 1); दुर्मदः, scelesta laetitia elatus, Rv. 32, 6. (मद, Rv 4, 2); दूळभः inimicus, Rv. 94, 8.

§. 40. *d*) अजरः, senii expers (Rv. 58, 2), अमरः, immortalis, अमित्रः, inimicus (Rv. 100, 5), अमृतः, immortalis, Rv. 13, 5. paroxytona sunt (VI, 2, 116).

अजरः ex अ + जरा compositum est. Cf. P. VII, 2, 101. Colebr. Gr. p. 51. not. Reliquae voces composita determinativa sunt.

§. 41. Quae supra §§. 35. 36. praecedente particula अ datae sunt regulae, eae etiam valent, si बहु prius membrum et posterius membrum plurali sensu usurpatum est (VI, 2, 175. 176); v. c. बहुयवः, बहुव्रीहिः, cui multi sunt hordei, oryzae acervi*); 2) बहुकुमारीकः, cui multae sunt puellae; 3) बहुमित्रकः, multis gaudens

*) Huc etiam vox Vedica बहुप्रजास्, magna stirpe praeditus, pertinet, quae P. V, 4, 123. aff. असिच् formatur.

amicis. Contra e regula generali §. 11. बहुमनास्, बहुमानः (बहुषु मनो मानो वास्य), cuius mens multas versat res, qui a multis honoratur, dicitur.

Annot. I. In iis, quae sequuntur, et nonnullis aliis *) vocibus, in quibus partitionis notio praevalet, बहु suum servat accentum: बहुगुणा रज्जुः, funis multiplex, i. e. ex multis singulis compositus; बह्वक्षरं पदं, vox multis singulis literis composita; बह्वध्यायः (v. c. यजुर्वेदः), multas lectiones habens; बहुसूक्तकं (v. c. साम), ex multis hymnis constans; बहुच्छन्दोमानः, ex multis singulis metris constans.

Annot. II. Hoc loco nonnullas Vedorum lectione perceptas regulas adiungo. 1) Adiectivum तुवि sequens compositi pars plerumque suo accentu pronuntiatur; cf. तुविद्युम्नः, divitiis abundans, Rv. 88, 3. (द्युम्न, Rv. 9, 8); तुविनृम्णाः, magnum robur conferens, Rv. 43, 7. (नृम्ण, Rv. 55, 3); तुविप्रतिः, multos vincens, Rv. 30, 9. (प्रति a radice पृ aff. ति derivo, cf. व्रत); तुविमात्रः, multa largiens, Sv. II, 1 *b* 6. Contraria exempla sunt: तुविवाजः, Rv. 30, 13., तुविश्रवास्, Sv. II, 8 *a* 9., तुवीमघः, Sv. II, 1 *b* 6. — Nonnunquam etiam praecedente उरु; cf. उरुक्षयः, multis refugium praebens, Rv. 2, 9. (क्षय, Rv. 40, 7. P. VI, I, 201); उरुचक्षास्, multa videns, Rv. 25, 5. (चक्षस्, Rv. 7, 3) **); उरुव्यचास्, magna forma praeditus, Rv. 104, 9. (व्यचस्, Rv. 52, 14); उरुशंसः, inclytus, Rv.

---

*) Quae collectiones (गण) non completae et terminatae sunt, eae आकृतिगणाः nominantur, quod „collectiones speciminis causa datas" significare puto. Medinikaras p. 58. vocem ita explicat: आकृतिस्तु स्त्रियां रूपे सामान्यवपुषोरपि.

**) Yv. IV, 23. tamen उरुचक्षास् legitur.

31, 14, (शंसे, vide §. 39). In priore tamen membro acuta haec composita reperi: उरुधारः, multum liquoris praebens (vacca), Sv. II, 7 *a* 4; उरुप्रथास्, Yv. 1, 22; उरुयुगः, Sv. II, 1 *a* 23; उरुशर्मा, Yv. 10, 9. — Semper, si पुरु prius membrum est; cf. पुरुकुत्सः, nom. propr., Rv. 63, 7; पुरुक्षुः, cibis abundans, Rv. 68, 5; पुरुदंसः, multis sacrificiis inserviens, Sv. I, 1, 8, 4; पुरुभोजास्, multos cibos suppeditans, Sv. II, 2 *a* 13. (भोजस्, Rv. 55, 3.); पुरुमायः, mirabilis, Rv. 119, 1. (माया, Rv. 11, 7); पुरुमित्रः, nom. propr., Rv. 117, 20. (मित्र, §. 4.); पुरुमेधास्, multa sacrificia offerens, Sv. I, 5, 6, 9 = II, 4 *a* 21. (E regula P. V, 4, 122. पुरुमेधास् exspectares); पुरुवारः, a multis expetitus, Rv. 119, 10. (वार quamvis aliis significationibus paroxyt. est, Rv. 32, 12. Sv. I, 6, 3, 3); पुरुव्रतः, multa vota perficiens, Sv. II, 5 *b* 2 *k*. (व्रत, Rv. 22, 6); पुरुरवास्, nom. propr., Rv. 31, 4. (videtur vox multos clamores excitantem significare, quod si verum est, रवस्, a radice रु derivatum, ut omnia neutra affixo अस् terminata, paroxytonon est); पुरुवसुः, dives, Rv. 47, 10. (वसु Rv. 9, 9) *). — 4) Denique eadem lege pronuntiantur: ऋजुक्रतुः, recta faciens, Rv. 81, 7. (क्रतु, §. 4); पृथुश्रवास्, nom. propr., Rv. 116, 21. (श्रवस्, Rv. 9, 7); रघुयामा, celeriter iens, Sv. II, 3 *a* 4 *c*. (यामन्, Rv. 25, 20); स्वादुक्षद्मा, dulci cibo instructus, Rv. 31, 15; नृषद्मा, apud homines commorans, Sv. I, 1, 8, 5. (सद्मन्, Rv. 38, 10).

§. 42. Participia pr. pass. exceptis कृत, मित, प्रतिपन्न,

*) Etiam nomen proprium: पुरुपन्तिः, Rv. 112, 23., significatione: „qui multum perficit“ huc refero, etiamsi vox सन्ति Pâṇine auctore (VI, 4, 45.) oxytonon est.

substantivi induentia naturam, praecedentibus *a*) nomine materiam, non tamen vestem, significante, *b*) temporis vocabulo, *c*) vocibus: सुख, दुःख, कृच्छ्र, अस्र, आस्र, अलीक, प्रतीप, करुणा, कृपण, सोढ in fine compositi relativi acuto in ultima syllaba pronuntiantur. Voces participio: जात compositae eandem sequuntur legem, vel suum servant accentum (VI, 2, 170. 171); v. c. शारङ्गजग्धः, qui carnem ferinam edit (ad verbum: carnem ferinam esam habens); दन्तजातः vel दन्तजातः, cui dentes provenere (proprie: qui dentium habet originem); मासजातः vel मासजातः, mensem natus. Dicitur vero वस्त्रच्छन्नः, qui veste utitur tegumento; कुण्डकृतः, qui foramen igni sacro servando fecit.

Huc pertinent composita, in quibus pro arbitrio participium praeponi vel postponi potest: आहिताग्निः, जातपुत्रः, जातदन्तः, जातश्मश्रुः, तैलपीतः, घृतपीतः, मद्यपीतः, ऊढभार्यः, गतार्थः, अस्युद्यतः. P. II, 2, 36. v. 37. *) Vix puto in omnibus his exemplis participia, si posterius sint membrum, deponentialem habere naturam posse dici. Cf. etiam haec: दन्तजाते, „when a child has teethed", Mn. V, 58; जातदन्तस्य, „if his teeth be completely grown", Mn. V, 70; शालिपक्वा धरित्री, terra matura oryza praedita, Ritu S. III, 22; घटय भुजबन्धनं जनय रदखण्डनं येन वा भवति सुखजातं, Gv. 10, 3; इति राधिकामधि वचनजातं, Gv. 10, 9. — Ex Vedis cf. नवजातः, modo natus, Sv. II, 5 *a* 9 (नव, Rv. 20, 6); वामजातः, divitias afferens, Sv. II, 11 *a* 1 *c*. (वाम, Rv. 33, 3).

§. 43. मात्र in fine compositi relativi mensuram de-

*) De femininis harum reliquarumque huius generis vocum vide P. IV, 1, 52. 53.

signans oxytonon est; v. c. अङ्गुष्ठमात्रः, पुरुषमात्रः, pollicis, hominis altitudinem habens.

Vocem मात्र hac significatione constat a grammaticis inter affixa relatam esse. P. V, 2, 37. 38. Vopadevas p. 111, 92.

Composita attributiva.

C. Regulae ad plura genera pertinentes.

§. 44. 1) Accusativi, 2) instrumentalis, 3) locativi sensu positae voces, 4) vocabula „simile“ significantia, 5) affixo कृत्य *) dicto formata, 6) particula, denique 7) nomen rei, cui alia assimilatur, in initio compositi attributivi suum obtinent accentum **) (VI, 2, 2).

Exempla haec dantur, quae allatis e doctrina de compositione regulis illustrabo.

1) मुहूर्तसुखं, मुहूर्तरमणीयः, momentum temporis perstans gaudium, momentum temporis iucundus. — P. II, 1, 29. „Temporis partem significantes voces accusativi sensu cum aliis componi possunt, siquidem illud tempus *continuum* est cogitandum; v. c. मुहूर्तं सुखं vel मुहूर्तसुखं, मासं कल्याणी vel मासकल्याणी, per totum mensem, nullis intervallis interruptum, fausta.“ —

---

*) i. e. participialibus maximam partem: अनीय, एन्य, एलिम, तव्य, त्व, य. Accuratiora vide in Boehtlingk. Ind. ad Pâṇ. s. voce कृत्य.

**) Ea maxime re nostra regula a legibus, quae SS 45. 46. dabuntur, differt, quod hic de tali plerumque sermo est compositione, ubi membra arbitrio magis, quam radicis, quae est posterioris membri, notione coniuncta sunt.

2) गिरिकाणः, oculorum morbo affectus (गिरिरचितृति, Hemac. II, 2, 409). P. II, 1, 30. „Voces instrumentali sensu positae cum अर्थ et adiectivis (गुणवचन, cf. Boehtl. Ind. ad Pâṇ. s. v.), quorum qualitas priore membro effecta est, componuntur; v. c. शोणारुधिरं वस्त्रं, vestis coccino rubra facta.“ Huc Vedicum धियावसुः, „orantibus divitias tribuens“, Rv. 3, 10. pertinet, cf. Rv. 94, 13: वसुर्वसूनामसि, „largitor divitiarum“; Sv. 1, 1, 4, 2—6, 3—2, 2, 4—3, 10. etc. „possesor of wealth.“

3) अक्षशौण्डः, aleae deditus (अक्ष in Vedis paroxytonon est). P. II, 1, 40: „शौण्ड, धूर्त, कितव, व्याड, प्रवीण, संवीत, अन्तर्, अधीन, पटु, पण्डित, कुशल, चपल, निपुण cum praecedente nomine, locativi sensu posito, componi possunt; v. c. अक्षेषु शौण्डः vel अक्षशौण्डः.“

4) तुल्यश्वेतः, सदृशश्वेतः, simili modo albus. P. II, 2, 68. „Voces कृत्य dictis affixis formatae et quae „simile“ significant cum nominibus — exceptis, quae speciei vocabula sunt (*Gattungsnamen*), componuntur; v. c. भोज्योष्णः, edendo satis tepidus; पानीयशीतः, bibendo satis frigidus; तुल्यश्वेतः, सदृशश्वेतः.“

Annot. Composita, quorum prior pars gerundium est त्वा terminatum, etiam generalem sequi possunt regulam §. 1; v. c. स्नात्वाकालकः, etiam balneo usus niger; पीत्वास्थिरकः, post vina fortis; भुक्त्वासुहितः, post coenam satur; vel स्नात्वाकालकः etc.

5) भोज्योष्णः, पानीयशीतः, vide praecedentem regulam (भोज्य P. VII, 3, 69. aff. ण्यत्. पानीय aff. अनीयर्).

6) अब्राह्मणः, non Brâhmaṇas. P. II, 2, 6: „अ cum nominibus componitur.“ Huc particulae कु, कद्, का etc. (P. VI, 3, 101—108.) pertinent. — Vedicorum exemplorum huc pertinentium maximus est nume-

rus, quorum ea, quae, particula अ incipientia, in libris alio accentu insignita sunt, infra collegi. Radices nudae etiam praecedentibus particulis: अ, सु, दुस् accentum habent; v. e. अद्रुह्, nemini nocens, Rv. 19, 3; सुग, meatu facilis, Rv. 35, 11; सुगोपाः, bonus custos, Rv. 120, 7; दुर्ग, difficultas, Rv. 41, 3; दुध्र (sic!), aegre coercendus, Rv. 56, 3. Sv. II, 1 *a* 14. — Anomala sunt: सुगृहपतिः, bonus pater familias, Yv. II, 27, nisi ibi: „bono patre familias praeditus" vertendum est; सुदानुः, donum conferens, Rv. 40, 1. (दानु, largiens, Rv. 54, 7); सुपन्थाः, recta via, Rv. 25, 12. (पथिन्, Rv. 24, 8); सुमित्रः, bonus amicus, Rv. 91, 12. (मित्र, §. 4); सुप्राणि (compos. adverbiale), bona purificatione, Yv. 1, 15; स्वापिः, bene nanciscens, Yv. 9, 20. (आपि, Yv. ibid.); सूनृतः, verus, Rv. 3, 11. — Regularia exempla haec offero: अधिपतिः, Yv. 9, 20; अर्यपतिः, परिपतिः, Yv. 5, 5; प्रवीरः, eximius vir, Sv. II, 11 *b* 2; विसदृक्, dissimilis, Rv. 113, 6; विधर्मा, variae caerimoniae, Sv. II, 3 *b* 19; विमन्यवः, variae cogitationes, Rv. 25, 4; सनश्रुतः, semper celebratus, Sv. II, 1 *b* 1 (ablatîvus सनात् in Vedis semper oxytonos est).

7) घनश्यामः, nubis instar niger (घन aff. अप्, P. III, 2, 77); श्येनपत्वा, accipitris instar volans, Rv. 118, 1 (श्येन, Rv. 32, 14). P. II, 1, 55: „Similia cum assimilandis componuntur."

§. 45. Voces affixis primariis formatae praecedente 1) aut praepositione sive alia voce गति*) appellata, 2) aut ullo vocabulo, quae utraque cum sequente membro ita cohaerent, ut affixa statim ab initio non

*) Maximam partem adverbiales sunt. Cf. P. I, 4, 60—79.

posteriori membro uni, sed radici ipsius, illis vocibus praecessae, addita fuerint, 3) aut denique casu obliquo (कारक), a notione, quae radicis est sequentis membri, recto suum obtinent accentum (VI, 2, 139); v. c. 1) प्रकारकः, प्रहारकः, ornator, vulnerator (utraque vox aff. ण्वुल् = अक, P. III, 1, 133); 2) ईषत्करः, दुष्करः, paulatim faciendus, difficilis factu (aff. खल्, P. III, 3, 126); 3) इध्मप्रव्रश्चनः, पलाशशातनः कुठारः, ligna findens, Palâços caedens securis (aff. ल्युट्, P. III, 3, 117). Vedicorum exemplorum quum satis magnus numerus mihi praesto sit, ex ordine affixorum singula enumerabo.

1) o = क्विप्. P. III, 2, 76. गोदाः, Rv. 4, 2. यज्ञनीः (P. III, 2, 61) Rv. 15, 12. अमीवहा (P. III, 2, 88) Rv. 18, 2. अप्तुः, Rv. 3, 7. etc. etc. Exceptiones huius generis has novi: अन्तरिक्षं, propric´´ in medio positum = aether (quam explicationem unice veram Vir amicissimus Weber. mecum communicavit), Rv. 25, 7. — घृतस्नुः, butyro stillans, Sv. II, 8 *b* 21. (घृत, Rv. 84, 18). घृतस्नुः tamen Rv. 16, 2. legitur. — दुरेभाः, late splendens, Rv. 65, 5. (cf. दूर, Rv. 24, 9). — परिज्रिः, circumiens, Rv. 64, 5. (परि, Rv. 6, 1). — मर्यश्रीः, mortales frequentans, Yv. XI, 24 (मर्य, Rv. 115, 2). — मितद्रुः, metam petens, Yv. 9, 16 (cf. मितमेधः, Sv. I, 3, 9, 10). — वषट्कृत्, immolatio, Rv. 14, 3. वषट् (pro वक्षत्, cf. वौषट् = ववक्षत् et श्रौषट् aor. radicis श्रु) in vocum गति appellatarum numero reperitur (collect ऊर्यादयः). Denique respice voces: उपस्थं, Yv. I, 11. VII, 26; निष्ठः, Sv. II, 7 *b* 3, सधस्थं, Rv. 101, 8. Hoc loco in Vedis quidem radices nudas in fine compositorum positas per omnes casus in priore syllaba accentum habere animadversum velim.

2) o = क्विन्. P. III, 2, 59. ऋत्विग्, Rv. 1, 1. अर्वाक्, Rv. 9, 5. घृताची', Rv. 2, 7. (aff. fem. ङीप्. P. IV, 2, 6. vartik.).

3) o = णिव. हव्यवाट् (P. III, 2, 64), Rv. 12, 2.

4) o = अङ्. श्रद्धा (P. III, 3, 104. colleet. भिदादिः), Rv. 108, 6. श्रद् inter voees गति dictas non reperio, aceensendum vero esse Colebr. Gr. p. 123. ann. docet.

5) o = डु. P. III, 2, 180. प्रभु, विभु Rv. 9. 5.

6) o = विट्. P. III, 2, 67. वाजसाः, Yv. IX, 5. दधिक्राः, Yv. 9, 14. आमाद्, क्रव्याद्, Yv. I, 17.

7) o = उ. प्रजा (P. III, 2, 99.), Yv. IX, 25; अपित्तः (P. III, 2, 101), Yv. 9, 20.

8) अ = कञ्. P. III, 2, 60. ईदृशः, Rv. 17, 1.

9) अ = कप्. P. III, 2, 70. मधुदुघा, Sv. I, 4, 9, 9; सबर्दुघा, Rv. 20, 3. सुदुघा, Rv. 4, 1.

10) अ = अण्. अन्नादः (P. III, 2, 68), Yv. III, 5, बलविज्ञायः (P. III, 2, 6), Sv. II, 11 *b* 2.

11) अ = खल्. P. III, 126. दुःश्रेवः, Rv. 42, 2; दुराधर्षः, Yv. II, 31; दुरोषः, Sv. II, 1 *a* 18; दुर्धरः, Rv. 57, 1; दुमर्षः, Yv. XII, 1; दुष्टरः, Rv. 64, 14; दूडभः, Rv. 15, 6; Bhattojis ad P. VI, 3, 109; दूडाशः = दुर्दाशः, Av. I, 1, 3, 5. — सुतरः, Sv. II, 4 *b* 8; सुनिरजः, Rv. 110, 7; सुप्रतिचक्षः, Sv. II, 6 *a* 10; सुयमः, Yv. II, 7; सुहवः, Rv. 58, 6. Praeterea, quamvis alia significatione, eundem accentum habent: सुभरः, grata ferens, Rv. 112, 2; सुषर्पाः, piis largitionibus conspicuus, Rv. 42, 6; सुषदः, bene sedens, Yv. I, 27; सूनरः, ducendus et ducens, Rv. 40, 4. 48, 5.

12) अ = खच्. P. III, 2, 38 sqq.; अभयङ्करः, Av. I, 1, 2, 17; उभयङ्करः, Sv. II, 6 *a* 5; क्षेमङ्करः, Rv. 102, 6; धनञ्जयः, Rv. 74, 3; धियञ्जिन्वः, Rv. 89, 5; पुरन्दरः, Yv. XI, 34;

रथन्तरः, Yv. X, 10; वाजम्भरः, Rv. 60, 5; विश्वमिन्वः, Rv. 61, 4; सहस्रम्भरः, Yv. XI, 36.

13) अ = खश्. इरम्मदः, Yv. XI, 76 (P. III, 2, 37); वलंकृतः, Sv. II, 10 *a* 3 (P. III, 2, 31).

14) अत् = शतृ. यातुमावन्, viam infestans = malignus genius, Rv. 36, 20 (cf. Wg. Radices sub v. मू).

15) अत्नु (Uṇ.). आहनत्नुः, Rv. 6, 5.

16) अन = ल्युट्. *a*) (P. III, 3, 113) अमीवचातनः, hostes necans, Rv. 12, 7; नृमादनः, vivos exhilaraus, Rv. 4, 7; पुष्टिवर्धनः, incrementi amplificator, Rv. 18, 2. *b*) (P. III, 3, 115) आचरणं, adventus, Rv. 48, 3; प्रेचनं, redundantia, Rv. 17, 6; सुशर्मनः, largitor, Rv. 96, 6.

17) अन = युच्. P. III, 3, 130 दुश्च्यवनः, immobilis, Sv. II, 11 *b* 3; विचक्षणाः, lucidus, Rv. 101, 7; सुषपानः, multum largiens, Sv. II, 5 *b* 9.

18) अस् = असुन्. Voces hoc affixo formatae in fine compositi saepe suum habent accentum, saepius tamen prius membrum accentum usurpat; cf. गिर्वाहास्, Rv. 61, 4; यज्ञवाहास्, Yv. IV, 11 (यज्ञ, Rv. 1, 1); स्तोमवाहास्, Sv. I, 4, 1, 10 (स्तोम, Rv. 5, 8); सूदेदोहास्, Yv. XII, 55. — नृचक्षास्, Rv. 22, 7; नृमनास्, Sv. I, 4, 4, 1; नृवाहास्, Rv. 6, 2. Utrum ad genus vox रिशादास्, Rv. 2, 7. referenda sit, nescio, quum accentus vocis रिश me lateat.

19) आन = शानच्. (Boehtl. über den Accent, §. 40). अदुदधानः, Rv. 103, 3; सोमक्रयणाः, Yv. IV, 27.

20) इ = कि. *a*) P. III, 3, 92. 93). इषुधिः, Rv. 33, 3; उत्सधिः, Rv. 88, 4; उदधिः, Sv. II, 10 *a* 3. — *b*) (P. III, 2, 171). नितुघ्निः, Sv. II, 10 *a* 2; पराददिः, Rv. 81, 2; विससहिः, Av. I, 2, 3, 6.

21) इ = इन्. P. III, 2, 27. उरामथिः, Sv. II, 9 *b* 13: क्षत्रवनिः, ब्रह्मवनिः, Yv. I, 17; अश्वसनिः, गोसनिः, Yv. VIII,

12. Adde अर्हरिष्वणिः, Rv. 56, 4; तुविष्वणिः, Rv. 58, 4.

22) इन्. ऋतवादी, Yv. V, 7; प्रगर्धी, Yv. IX, 15; मन्युषावी, Sv. I, 3, 4, 1; रयीषी, Sv. I, 5, 6, 5; विनंशी, Yv. IX, 20.

23) ई = ई. आपथीः, Rv. 64, 11; देवावीः, Sv. I, 5, 9, 4; सुप्रावीः, Sv. II, 6*a* 2.

24) ई = ईप्. आसुरीः, Sv. I, 5, 9, 1.

25) उ = उ. कृकदाशुः, Rv. 29, 7; गोविन्दुः, Sv. II, 5*a* 1.

26) उपा. निचुम्पुपाः, Yv. VIII, 27.

27) उन = उन. प्रचेतुनेः, Rv. 21, 6; सुचेतुनेः, Sv. II, 4*b* 4.

28) एन्य = केन्य. P. III, 4, 14. अभ्यायंसेन्यः, Rv. 34, 1.

29) तृ = तृच्. P. III, 1, 133. दुष्कर्ता, Sv. II, 11*a* 1*e* (कर्तृ, Rv. 55, 8); प्रावितृ, Rv. 12, 8 (अवितृ, Rv. 36, 2); विधर्ता, Sv. II, 3*a* 15 (धर्तृ, Rv. 11, 4).

30) न. सपत्नः, Yv. VII, 25.

31) नु = क्नु. लोककृत्नुः, Sv. I, 4, 10, 3; सुत्रपकृत्नुः, Rv. 4, 1.

32) मन् = मनिन्. P. III, 2, 75. आशुहेमा, वीलुपत्मा, Rv. 116, 2.

33) मि = मि. तुविकूर्मिः, Sv. I, 4, 7, 3.

34) य = यत्. भागधेयः, Yv. VI, 24; राधोदेयं, Sv. II, 10*a* 4; सोमपेयं, Rv. 45, 9. P. III, 1, 97. — नृषाह्यं (P. III, 1, 99) Rv. 33, 14. Praeterea huc refero: अन्नाद्यं, Yv. III, 5; वाताप्यः, Rv. 121, 8; अभिचक्ष्यः, Sv. II, 8*b* 17; प्रतिचक्ष्यः, Rv. 113, 11; अनुमाद्यः, Rv. 115, 3; सधमाद्यं, Sv. I, 3, 5, 7; अराध्यः, II, 4*b* 16.

35) य = क्यप्. अहिहत्यं, Rv. 61, 8; दस्युहत्यं, Rv. 51, 5. P. III, 1, 108. De मुष्टिहत्या, Rv. 8, 2. vide ibid. vârtikam. — राजसूयं (P. III, 1, 114), Weberi praef. ad Yv. librum nonum, p. 8. पूर्भिद्यं, (P. III, 1, 115), Rv. 112, 14. आपृच्छ्यः (P. III, 1, 123), Rv. 60, 2.

36) य = य. देवयज्या (P. III, 1, 123), Rv. 114, 3. Praeterea huc pertinere videntur: पुनर्मन्यः, Rv. 117, 14; वातेध्या, Yv. I, 29; वार्कार्यः, Rv. 88, 4; शमंय्यै, Rv. 63, 6; सुकृत्या, Rv. 20, 8.

37) य = ण्यत्. प्रशंस्यैः (P. VI, 1, 214), Sv. II, 5 *a* 18; कुपडुपार्श्यः, Sv. II, 1 *b* 5. P. III, 1, 130. quo auctore कुपडुपार्श्यः exspectabatur.

38) या. विपन्या, Rv. 119, 7.

39) यु = युच्. उपमन्युः, Rv. 102, 9; परिमन्युः, Rv. 39, 10.

40) यु. विपन्युः, Rv. 22, 21.

41) वन् = वनिप्. P. III, 2, 74. वातदावा, Rv. 17, 4; सुतपावा, Rv. 5, 5; दधिक्रावा (P. III, 2, 75), Yv. 9, 15.

42) वन् = क्वनिप्. P. III, 2, 75. सुतित्वा, Rv. 8, 1; अभीत्वा, Yv. XI, 77; विभृत्वा, Sv. II, 5 *a* 1.

43) वन् Uṇ. = वनिप् सोमपर्व, Rv. 9, 1.

44) वनि. सुशुक्वनिः, Yv. XI, 41.

45) वस् = क्वसु. P. III, 2, 107. अन्तर्विद्वान्, Rv. 72, 7.

46) सनि. आशुशुक्षणिः, Yv. XI, 27.

§. 46. Excipiuntur a praecedente regula voces affixis primariis 1) थ (uṇ), 2) अथ (uṇ.), 3) घञ् *) (अ), 4) क्त (partic. praet. pass. et unâdicum त), 5) अच् (अ), 6) अप् (अ), 7) इत्र, 8) क (अ) formatae, quae, in fine compositi collocatae, acuto in ultima syllaba pronuntiantur (VI, 2, 144).

Iam, quae illis affixis expressis verbis formatae apud grammaticos reperiuntur, voces enumerabo.

---

*) Maxime doleo me hic et in nonnullis aliis locis coactum fuisse, ut grammaticorum terminologiam retinerem. Quod ut ex aliqua saltem parte compensarem, ubi in scriptione mea de vocibus affixis grammaticis formatis sermo est, omnes, quae in Pâṇinis grammatica propriis tractantur regulis, colligere tentavi.

1. थ, *a*) अर्थः, उक्थं, ओष्ठः, काष्ठं, कोष्ठं, गाथा, गूथं, तिथः, तीर्थं, तुत्थः, नीथः, पीथ m. n., पृष्ठं, प्रोथ m. n., यूथं, रथः, रिक्थं, शोथः, सार्थः, सिक्थं, हर्थः.

b) Comp. अवगथः, अवभृथः (Sv. I, 2, 6, 7), उद्गीथः, गोपीथं (Rv. 19, 1), निर्ऋथः, निशीथः, प्रभृथः, समिथः (Yv. IX, 17). Adde Vedica: सङ्गथः, Yv. XII, 112; पुरुपीथः, Rv. 59, 7; सुनीथः, Rv. 35, 7; सोमपीथः, Yv. VIII, 5. Cf. vero वृत्रहथानां, Sv. I, 1, 6, 6.

2. अथ. *a*) गमथः, जीवथः, दमथः, प्राणथः, भरथः, रवथः, हृदथः, वन्दथः, विदथः, शपथः, शमथः, शयथः.

b) आवसथः, उपवसथः, संवसथः

3. घञ्. *a*) एधः, कामः, कायः, कारः, घातः, घासः, द्वारः, त्यागः vel त्यागः, दायः, दारः, धायः, नायः, पाकः, पाठः, पातः, पादः, भक्तः, भावः, भुक्तः मूत्रं, यागः, युगं, योगः, रागः vel रागः, रामः, रोगः, लाभः, वामः, वेशः, शमः, शारः, शोकः, श्रायः, सारः, स्पर्शः (significatione morbi, alias स्पर्श aff. अच्), स्फारः, स्फालः, स्पर्दः, हासः vel हासः

b) अतीसारः, अध्यायः, अनूकाशः, अपामार्गः, अभिनिष्टानः *), अभिलावः, अवग्राहः, अवतारः, अवनायः, अवस्तारः, अवहारः, अवोदः, आकायः, आखानः, आचामः, आधारः, आनायः, आप्लावः, आरावः, आवायः, आहारः, उच्चारः, उत्क्रायः, उत्कारः, उत्पावः, उदङ्कः, उद्गारः, उद्ग्राभः, उद्ग्राहः, उद्द्रावः, उद्यावः, उन्नायः, उपरावः, उपशायः, उपाध्यायः, तण्डुलनिचायः, दुर्लाभः, निकायः, निकारः, निगारः, निग्राभः, निग्राहः, निचायः, निष्पावः, नीकाशः, नीक्लेदः, नीवारः, नीशारः, न्यायः, परिग्राहः, परिपायः, परिभावः, परीहारः, पार्यायः, पुष्पप्रचायः, प्रकाशः, प्रग्राहः, प्रचायः, प्रतिकारः, प्रतिकाशः, प्रतिवेशः, प्रतीकारः, प्रतीकाशः, प्रतीवेशः, प्रद्रावः, प्रभेदः,

*) In Wilsonis Vocabulario — Hemac. II, 5, 24. Medini p. 96 (शुद्धिपत्रे) falso अभिनिष्ठानः legitur, derivatur enim vox P. VIII, 3, 86. a radice स्तन्.

प्रलम्भः, प्रवारः, प्रश्रथः, प्रसादः, प्रसेवः, प्रस्तारः, प्रस्तावः, प्रस्तावः, प्रहारः, प्राकारः, प्रास., प्रासादः, मांस्पाकः, विस्रावः, विप्रलम्भः, विमार्गः, विशायः, विश्रामः, विश्रावः, विहारः, विष्फारः, विष्फालः, विसारः (Rv. 79, 1), विस्तारः, वीकाशः, वीमार्गः, शालसारः, शूर्पनिष्पावः, संयावः, संरावः, संस्तावः, संहारः, सङ्ग्राहः, सन्दावः, सन्द्रावः, सुलाभः, हिमश्रथः

E Vedis huc refero: अतिमानः, Weber. praef. ad Yv. IX. p. XI, 13; अन्तःश्लेषः, Yv. XIII, 25; अन्तर्यामः, Yv. VII, 5; अभीवर्तः, Yv. XIV, 23; अवखादः, Rv. 41, 4; आदारः, Rv. 46, 5; उच्छ्वासः, Sv. I, 6, 7, 11; उद्ग्राभः, Sv. II, 2 *a* 11; उद्वाहः, Rv. 38, 9; उपयामः, Yv. IX, 2; उपशाकः, Rv. 33, 4; उपाकः, Rv. 27, 6 (√अञ्च्); उरुक्रमः, Rv. 90, 9; उरुगायः, Yv. V, 18; तुविबाधः, Rv. 32, 6; निहारः, Yv. III, 50; पराकः, Rv. 30, 21; परिक्रोशः, Rv. 29, 7; प्रकेतः, Rv. 94, 5; मेधकारः, Sv. II, 3 *b* 7; वयोनाधः, Yv. XIV, 7; विभागः, Rv. 109, 5; विरोकः, Yv. X, 16; विवर्तः, Yv. XIV, 23; वृत्रखादः, Sv. II, 10 *a* 3; सङ्गतः, Yv. I, 16; समोहः, Rv. 8, 6; सुपारः, Rv. 4, 10; हस्कारः, Rv. 23, 12; हिरण्यपावः, Sv. I, 6, 7, 11. Dissentiunt vero: प्रमादः, Sv. II, 1 *b* 3; प्रसर्गः, Rv. 121, 4; विधार्यः, Sv. II, 6 *a* 7.

4. क्त. De simplicibus partic. praet. pass. vide Boehtl. Acc. §. 42, de compositis supra §. 42. et infra §§. 73—76. 117. 118. Exempla haec dantur: पुरुष्टुतः, (Rv. 11, 4), multum laudatus, quod Bhaṭṭ. ita explicat: पुरुषु बहुप्रदेशेषु स्तुतः। दूरादागतः, eminus aggressus; विशुष्कः exsiccatus. Cf. Vedica: पुरुहूतः, a multis invocatus, Rv. 51, 1; पुरुप्रशस्तः, multum laudatus, Rv. 73, 2; तुविजातः, multis natus, Rv. 2, 9; नक्तञ्जातः, noctu natus, Av. I, 2, 2, 5.

Uṇâdico affixo क्त hae voces formatae sunt: अक्तं, घृतं, सितं, दूतः, तातः, जीमूतः, लोष्टं, पलितं, सूरतः.

5. अच्. *a*) अटः, अन्धः, कठः, कुणः vel कुर्णः, कुहः vel कुहंः, कोषः (varia lect. कोपः), क्षपः (v. l. क्षमः), गरः (fem. गरी) *), गाहः, fem. गाही, घटः, घनाघनः, चर्यः, चरः (fem. चरी), चराचरः, चलः, चलाचलः, चेक्रियः, चोरः (fem. चोरी), त्रयः vel त्रयः, तरः (f. तरी), दनिध्वंसः, दम्भः, दर्पः, दर्शः, देवः (f. देवी), दोषः (fem. दोषी), नदः (fem. नदी), नर्तः, नेन्यः, पचः, पठः, पतः, पतापतः, पाटः, पाटूपटः, पोपुवः, प्लवः (fem. प्लवी), ब्रुवः,.भुयं, भषः (fem. भषी), मृदः vel मर्दः, मरीमृतः, मेधः, मेषः, रजः, लेहः, लोलुवः, वचः, वदः, वदावदः, वपः, वहंः, वर्षः, व्रणः, श्वठः vel श्वठंः, सनीस्रंसः, सर्पः, सूरः (fem. सूरी), सेवः, स्तेनः, स्पर्शः, हनः.

b) अंशहरः, अङ्कुशग्रहः, अवमूर्धशयः, उच्चयः, उत्तानशयः, उदरशयः, कर्णेजपः, कवचहरः, क्षपाटः, खशयः, गन्धवहः, घटग्रहः, घटीग्रहः, द्वारभरः, तोमरग्रहः, धनुर्ग्रहः, निमयः, परिस्कन्धः, पार्श्वशयः, पुष्पाहरः, पूजार्हः, पृष्ठशयः, प्रक्षयः, प्रजयः, प्रतिष्कशः, प्रफुल्लः, प्रमयः, फलाहरः, ब्राह्मणीब्रुवा, मधुलेहः, यष्टिग्रहः, रात्रिचरः, रात्रिंचरः, लाङ्गुलग्रहः, विक्षिपः, विलयः, विलिखः, शंवदः, शक्तिग्रहः, शङ्करः, शम्भवः, श्वपचः, सूत्रग्रहः, स्तम्बरमः.

E Vedis huc refero: अभिघ्नः, Rv. 80, 14; आतपः, Rv. 55, 1; कुचरः, Sv. II, 11 *b* 9; अयःशयः, रजःशयः, हरिशयः, Yv. V, 8; वयोवयःशयः, Sv. I, 4, 7, 2; विद्रुम्भः, Yv. XIV, 9.

6. अप्. *a*) करः, कूनः, गर्मः, गरः **), ग्रहः, ग्लहः, घनः, त्रपः, दरः ***), परः, पवः, बधः, भरः, मर्दः, यमः, यवः, रणः, लवः, वरः, वशः, व्यधः, शरः, स्तवः, स्वनः, हवः, हसः.

---

*) गरः vide sub aff. अप्.

**) गरः, venenum vel pus. P. VI, 1, 160.

***) दरः, spelunca.

b) अन्तर्घणः, अपघनः, अभिह्वः, अभ्रघनः, अयोघनः, आकरः, आस्तरः, आह्वः, आहावः, (= निपानं; cf. vero आहावः, patera, Rv. 34, 8. et „receiver of oblations“ Sv. II, 4 *b* 5), उद्ग्रः, उद्घः, उद्घः, उपघ्नः, उपयमः, उपसरः, उपह्वः, द्रुघनः, धनमदः, निकूनः, निगदः, निघः, निघसः, निनदः, निपठः, नियमः, निश्रयः, निस्वनः, निह्वः, परिघः, पर्वतोपघ्नः, प्रकूनः, प्रघणः, प्रघाणः, प्रमदः, प्रलवः, प्रसवः (Yv. IX, 19), मूलकपणः, विघनः, विघसः, विनिश्रयः, वियमः, विष्टरः, विस्तरः, विह्वः, शाकपणः, संयमः, संस्तरः, सङ्गः, समज्ञः, सम्भवः, सम्मदः, स्तम्बघनः.

F. Vedis haec offero: अपच्यवः, Rv. 28, 3; उत्सवः, Rv. 100, 8; उपच्यवः, Rv. 28, 3; उपह्वरं, Rv. 62, 6; भुवनच्यवः, Sv. II, 11 *b* 3; विमदः, Rv. 51, 3; विवरः, Rv. 112, 18; सङ्गमः, Rv. 102, 3; समरः, Yv. XII, 66.

7. इत्र. *a*) Kṛit. अरित्रं, खनित्रं, चरित्रं, धवित्रं, पवित्रं, लवित्रं, सवित्रं, सहित्रं.

b) प्रलवित्रं, प्रसवित्रं.

c) Uṇ. अशित्रं, धरित्री (?), वहित्रं; गारित्रं, चारित्रं, भावित्रं, वादित्रं.

8. क. *a*) श्रोकः, किरः, कृशः, क्षिपः, गिलः, गृहं, चक्रं, चक्रसः, चिक्लिदं, तुः, प्रियः, बुधः, लिखः.

b) अग्निष्ठः, अङ्गुष्ठः, अपष्ठः, अम्बष्ठः, आखूत्थः, आम्बाष्ठः, उत्थः, काकगुहः, कुध्रः, कुमुदः, कुष्ठः, गिध्रः (sic!), गोदः, गोवृषः, गोष्ठः, गोसङ्ख्यः, ततस्थः, तुन्दपरिमृजः, त्रिष्ठः, दिविष्ठः, दूरूयः, द्विपः, द्विष्ठः, नखमुचः, पथिप्रज्ञः, परमेष्ठः, पशुसङ्ख्यः, पार्ष्णित्रं, पुञ्जिष्ठः, प्रज्ञः, प्रष्ठः, प्रस्थः, भूमिष्ठः, मञ्जिष्ठः, महघ्रिः, मूलविभुजः, लोकम्पृणः, बर्हिष्ठः, विक्षिपः, विलिखः, विषमस्थः, शंस्थः, शङ्कुष्ठः, शेकुष्ठः, शोकापनुदः, समस्थः, सर्वप्रदः, सव्यष्ठः, सुगलः, स्तम्बघ्नः. Cf. पुरुप्रियः, Rv. 12, 2.

Ceterum non intelligo, cur Pâṇinis aff. क, अच् et क

in nostram regulam receperit, quum voces iis formatas iam e §. 45. oxytona esse necesse sit.

§. 47. Sequente voce शारद् alio atque ab anni temporis significatione derivato sensu prius membrum suum accentum obtinet (VI, 2, 29); v. c. रज्जुशारदमुदकं, aqua vix de fune soluta, i. e. vix e puteo hausta (रज्जु, Uṇ. I, 15 aff. उन्); दृषच्छारदाः सक्तवः, oryzae, quae momento temporis ante lapide molari contritae sunt (दृषत् Uṇ. I, 129. aff. अदि).

शारद् in duobus his exemplis per नूतन interpretantur. Cf. Hemac. II, 3, 339:

शारदो वत्सरे नवे ।
शारद्भवे पीतमुद्गे शालीने ऽपि . . . .

§. 48. Sequentibus vocibus अध्वर्यु et कषाय prius membrum suum accentum servat, si composito species designatur (VI, 2, 10); v. c. कठाध्वर्युः, antistes studio Kaṭha dictae Vedi parti deditus; दौवारिककषायं, resina e portis exsudans (?).

Annot. In Vedis etiam sequente सखि prius membrum accentum videtur habere, cff. अस्मत्सखा, amicus noster, Yv. VIII, 50; गोसखा, bobus sociatus, Sv. I, 2, 3, 8; सोमसखा, libationis amicus, Yv. IV, 20.

§. 49. Voces अश्लीलदृढरूपा, असूतजरती, ओषधिः (vel, quod idem est ओषधिः, Rv. 59, 3); कुरुगार्हपतं, चन्द्रमास् (Rv. 24, 10); तैतिलकद्रुः, दासीभारः, देवनीतिः, देवभीतिः, देववातिः, देवहूतिः (Rv. 12, 2); पण्यकम्बलः, पारेवडवा, पुरंधिः (Rv. V, 3); रिक्तगुरुः, vel रिक्तगुरुः, वसुनीतिः, वृजिगार्हपतं aliaeque, quarum recensio desideratur, in primo membro accentum habent (VI, 2, 42).

Hoc refero composita, quorum alterum membrum वृध vel त्मन् (ex आत्मन्) est: त्वावृधः, a te amplificatus, Rv. 56, 4; मुहुर्वृधा (P. VI, 2, 106. v. 2) nomen

fluvii (Roth, zur Geschichte etc. p. 136); श्रेवृधः, salutis auctor, Rv. 54, 11; सुदावृधः, semper augens, Sv. I, 2, 8, 5; उपत्मा, Sv. I, 4, 5, 6; परित्मा, Rv. 20, 3. —

अप्रलोलं et असूंत c §. 44, 6. acutum in negatione habent. — कुरु, Un. I, 24. aff. कु. — चन्द्र, Rv. 48, 9. — रिक्त aut oxyt. aut paroxyt. est. Boehtl. Acc. §. 42. — महत्, Rv. 19, 1. सदा paroxyt. est.

§. 50. Compositum voce नगर vel नगरी terminatum acutum in prima syllaba habet, nisi urbs in septentrionali Indiae parte sita designetur exceptisque नवनगरं *) et महानगरं (VI, 2, 89); v. c. ब्रह्मनगरं, सुह्मनगरं, विराटनगरं. Dicitur vero कार्तिकनगरं, कान्तीनगरी, quum utraque urbs in septentrione sita sit.

§. 51. Voces मालाप्रस्थः, शालाप्रस्थः, शोणा° (v. l. शोणा°), द्राक्षा°, स्लाक्षा°, चामा°, काञ्ची°, एकं°, कामं° aliaeque प्रस्थ vocabulo terminatae acutum in prima syllaba habent, nisi prius eius gradus sit patronymicon, quod a grammaticis वृद्ध **) dicitur, exceptisque कर्कीप्रस्थः, मघ्नी°, मकरी°, कर्कन्धु°, शमी°, करीर° (v. l. करीरि°), कन्दुक°, कवल° (v. l. कुवल°), बदरीप्रस्थः, quae utraque composita acutum in ultima syllaba habent (VI, 2, 87. 88.); v. c. इन्द्रप्रस्थः, „ancient Dehli", sed दाक्षिप्रस्थः, regio vel urbs a Dakshi posteris habitata (P. IV, 1, 95).

E regulae VI, 2, 89. (i. e. praecedentis) vicinitate nostram ad urbium vel regionum tantum (स्नुः प्रस्थः सानुः, AC. 78, 2.) nomina referendam esse putarim.

---

*) Prius membrum नवन् est.

**) Vide Boehtl. Ind. ad Pâṇ. s. v. गोत्र.

§. 52. Sequente अर्म („oculorum morbus“, Uṇ. I, 138) vocabulum bisyllabum vel trisyllabum अ vocali terminatum in prima syllaba acutum habet exceptis भूतार्म, अधिकार्म, सञ्जीवार्म, मन्द्रार्म, अश्मार्म, कज्जलार्म (VI, 2, 90. 91); v. c. गुप्तार्म, कुक्कुटार्म. Contra बृहदर्म, कपिञ्जलार्म.

Hoc loco nonnulla Vedica composita commemorantur, quae in prima syllaba acutum habent: दिवोदासः, n. pr., Rv. 116, 18; बभ्रुयश्वः, cantherius. Cf. त्रिकद्रुकेषु, in tergemino sacrificio, Rv. 32, 3; स्वर्णरः, coeli ductor, Sv. I, 2, 2, 3.

D. Composita nominalia.

§. 53. वनस्पतिः (Rv. 39, 5), बृहस्पतिः (Rv. 14, 3), शचीपतिः (Rv. 106, 6), तनूनपात्, नराशंसः (Rv. 13, 3), शुनःशेपः (Rv. 24, 12), शण्डामर्कौ, तृष्णावरूत्री, लम्बाविश्ववयसौ, मर्मृत्यु in utraque membro accentum habent (VI, 2, 140).

तनू, Rv. 68, 4. नपात्, Rv. 22, 6. शण्ड, Uṇ. I, 113. aff. ड. तृष्णा, Rv. 38, 6. वरूत्री, Rv. 22, 10. मर्मृत्यु monstrum est compositi.

In iis regulis, quae usque ad §. 75. sequuntur, prius membrum accentum habet.

a) §§. 54—65. Exceptiones §. 1.

§. 54. Sequente voce दायाद (heres) vocabulum hereditatem significans accentum suum servat (VI, 2, 5); v. c. धनेदायादः, विद्यादायादः, divitiarum, doctrinae heres.

धने, Rv. 4, 9. ⏊ विद्या, affixo क्यप् formatum oxyt. est speciali regula. P. III, 3, 99.

§. 55. Sequente voce पद si compositio fraudis vel doli significationem prae se fert, prius membrum

accentum habet (VI, 2, 7); v. c. मूत्रंपदेन प्रस्थितः, उच्चारपंदेन प्रस्थितः.

Hoc loco explicationem scholiastae secutus sum, quae Pâṇinis vocibus accomodatior est: व्याजवाचिनि तत्पुरुषे. Contra Bhaṭṭojis: व्याजवाचिनि पदशब्द उत्तरपदे, quod non plane caret auctoritate; cf. Hemac. II, 2, 229: पदं . . . . . . व्यवसायापदेशयोः.

§. 56. Eodem modo, quoties मात्र, उपज्ञा, उपक्रम, छाया, *neutrum accipientes genus*, sequuntur (VI, 2, 14), v. c. भिक्षामात्रं, tantum, quantum stipis est, i. e. ea sola (भिक्षा aff. अ. P. III, 3, 103); पाणिन्युपज्ञं, a Pâṇine, per neminem alium edocto facta cognitio (scil. grammaticae); कोपक्रमं, conatus a Brahmaṇe nemine alio in ea re praeeunte perfectus (scil. सृष्टिः); इषुच्छायं, telorum umbra (इषु, Rv. 39, 10).

उपज्ञा et उपक्रमः in fine compositi nominalis neutra fieri a Pâṇine docemur, si cognitionem, conatum in suo genere origine primum designent. Pâṇinis verba haec sunt (II, 4, 21): उपज्ञोपक्रमं तदाद्याचिख्यासायां et Amari p. 367, 9 (Lois.):

(तत्पुरुषे) उपज्ञोपक्रमान्तश्च तदादित्वप्रकाशने ।
कोपज्ञं कोपक्रमादि — (नपुंसकं).

Cf. etiam Hemac. II, 4, 215. Schol. ad P. IV, 3, 115. उपज्ञात per विनोपदेशेन ज्ञातं explicat. —

छाया in fine compositi nominalis *semper* neutrum assumit genus, si membrum praecedens *plurali* sensu positum est; sin minus, vel neutro vel feminino in genere usurpatur; v. c. विहंगच्छायं, avium umbra; sed विहंगच्छायं vel विहंगच्छाया, unius avis umbra. P. II, 4, 22. 55. AC. 367, 5. 372, 3.

§. 57. Quod voci स्वामिन् (possessor) antecedit no-

men rei possessae, suum obtinet accentum (VI, 2, 17); v. c. गोस्वामी, अश्वस्वामी, boum, equorum possessor.

§. 58. Itidem, si vox पति „domini", non „mariti" significatione sequitur, exceptis भूपतिः, वाक्पतिः, चित्पतिः, दिधिषूपतिः, quae generali regula §. 1. oxytona esse dicuntur. भुवनपतिः (Yv. II, 2) vel in priore parte accentum retinet, vel oxytonon etiam est (VI, 2, 18—20); v. c. क्षत्रपतिः, Yv. X, 17; गाणपतिः, Rv. 43, 4; गृहपतिः, Rv. 12, 6; गोपतिः, Rv. 101, 4; तपस्पतिः, Yv. V, 6; दक्षपतिः, Rv. 95, 6; दम्पती (ut mihi videtur: domus domini), Yv. VIII, 5; दीक्षापतिः, Yv. V, 6; धर्मपतिः, Yv. IX, 39; प्रजापतिः, Yv. IV, 26; भुवपतिः, Yv. II, 2; मेधपतिः, Rv. 43, 4; यज्ञपतिः, Yv. I, 2; वसुपतिः, Rv. 9, 9; व्रातपतिः, Yv. XI, 25; सत्पतिः, Rv. 11, 1; सोमपतिः, Rv. 76, 3; स्वःपतिः, Sv. II, 3 a 14); हविष्पतिः, Rv. 12, 8. — Et feminina: दासपत्नी, Sv. II, 8 b 2; देवपत्नी, Rv. 61, 8; वीरपत्नी, Rv. 104, 4; वृषपत्नी, Sv. II, 2 b 18. Exceptiones, in quibus alterum membrum suum accentum retinuit, hae sunt: ipsa illa चित्पतिः, वाक्पतिः, Yv. IV, 4; deinde गृहपतिः, Yv. IX, 20; नृपतिः, Rv. 71, 8; नृपत्नी, Rv. 22, 11; रयिपतिः, Rv. 60, 4; विश्पतिः, Rv. 12, 2; सदस्पतिः, Rv. 21, 5. In ultima acutum est: अंहसस्पतिः, Yv. VII, 30.

§. 59. Sequente voce धन (divitiae) praecedens membrum suum potest obtinere accentum, siquidem auri mensuram denotat (VI, 2, 55); v. c. द्विसुवर्णधनं*) vel द्विसुवर्णधनं, divitiae, quae duos Suvarnos valent.

§. 60. Etiam राजन्, genitivi sensu a प्रत्येनस् de-

*) Bhattojis: द्वे सुवर्णे परिमाणमस्येति द्विसुवर्णधनं। तदेव धनं द्विसुवर्णधनं २ ॥

pendens (VI, 2, 60); v. c. रा॒ज॑प्रत्येनास् vel रा॒ज॒प्र॒त्ये॒नास् (laesae maiestatis reus?).

रा॒ज॑न्, Rv. 20, 5.

§. 61. ग्राम॑ in initio compositi accentum suum obtinere potest sequente opificis nomine. Iisdem conditionibus राज॒न्, si laudis causa praeponitur (VI, 2, 63. 64); v. c. ग्राम॑नापितः vel ग्रा॒म॒न॒पि॒तः, tonsor vicanus; राज॑नापितः vel रा॒ज॒न॒पि॒तः, regis tonsor! (ग्राम॑, Rv. 44, 10).

§. 62. Sequentibus चिर, longus, et कृच्छ्र, difficilis, praecedens vox suum accentum servat, si actionem exprimit, in qua longinquitas vel difficultas illa cernitur (VI, 2, 6); v. c. गम॑नचिरः, व्या॒ह॒र॑णकृच्छ्रः, eundo longus (v. c. via), pronuntiando difficilis.

§. 63. Prius membrum accentum habet, si सुख et प्रिय significationibus: „salutaris, gratus" sequuntur (VI, 2, 15. 16); v. c. गम॑नसुख, गम॑नप्रियः, eundo salutaris; ब्रा॒ह्म॒णसु॑खं पायसं, छा॒त्रप्रि॑यो ऽनाध्यायः, Brâhmaṇo acceptum lac, discipulo grata scholarum intermissio.

ब्रा॒ह्म॒ण aff. अण्, P. VI, 4, 167. छा॒त्र, eodem aff. P. IV, 4, 62.

§. 64. Membrum praecedens a sequente dativi sensu et significatione: „huic rei destinatus" rectum suum accentum obtinet; praeterea iisdem conditionibus, si अर्थ vel particip. praet. pass. ultimum membrum est (VI, 2, 43 - 45); यूप॑दारु, रथ॑दारु, lignum palo, currui faciendo destinatum (यूप॑, Rv. 51, 14; रथ॑, vide §. 39); कु॒ण्ड॒लहि॑रण्यं, aurum annulo parando destinatum (कु॒ण्डल, P. V, 2, 97. aff. लच्); ब्रा॒ह्म॒णार्थ॑ः सूपः, Brâhmaṇo paratum ius; गोहि॑तः, गोर॑क्षितः, vaccae (commodo) servatus.

Cf. ceterum hanc Pâṇinis regulam, II, 1, 36: Dativi sensu positae voces cum aliis sensu: „huic rei

(dativo) destinatus" usurpatis, cum अर्थ, बलि, हित, सुख, रक्षित componi possunt.

§. 65. Sequentibus गाध, altus, et लवण, sal, prius membrum accentum habet, si composito mensura exprimitur (VI, 2, 4); v. c. अरित्रगाधमुदकं, remum alta aqua; गोलवणं, tantum salis, quantum vaccae dari solet.

अरित्रं, Rv. 46, 8.

b) §§. 66—68. Exceptiones §. 44, 2.

§. 66. Sequente voce निवात (वातस्याभावः), si composito vento evitando aptum refugium designatur, prius membrum accentum habet (VI, 2, 8); v. c. कुटीनिवातं, शमीनिवातं, कुड्यनिवातं, domus, arbor, murus, quorum ope ventus arcetur.

कुटी et शमी aff. fem. ङीप् formata sunt (गौरादि). कुड्य a nonnullis affixo primario ड्यक्, ab aliis aff. यत् derivatur.

§. 67. Ita etiam, quod voces सदृश et प्रतिरूप significatione „similis" adhibitas praecedit (VI, 2, 11); v. c. पितृसदृशः, मातृप्रतिरूपः, patri, matri similis (पितृ, Rv. I, 9; मातृ, §. 30); रुपवसदृशः, laetifico similis; हिरण्यसदृशः, auro similis, Sv. II, 9 *b* 18 (रुपव, Rv. 65, 3; हिरण्य, Rv. 33, 8).

Cf. etiam ऋचोषमः, qui laudi congruus est, Rv. 61, 1. — प्रतिरूप tanquam adiectivum occurrit in loco Kâṭhakopanishadis p. 109, 10 sqq. (Bonn.).

§. 68. Quod voces: सविध, सनीड, समर्याद, सवेश, सदेश significatione „vicinus" (AC. 254, 11) usurpatas praecedit (VI, 2, 23); v. c. मद्रसविधः, मद्रसनीडः etc., Madrorum terrae vicinus. (मद्र, Un. II, 13. aff. रक्).

c) §§. 69. 70. Exceptiones §. 44, 3.

§. 69. Vocem वाणिज praecedens membrum suum accentum obtinet, si aut locum designat, quo merces

venum afferuntur, aut merces ipsas (VI, 2, 13); v. c. मद्रवाणिजाः, कश्मीरवाणिजाः, mercatores, qui merces vendendi causa in terram Madrorum, Kaçmîrorum afferunt; गोवाणिजाः, अश्ववाणिजाः, qui bobus, equis mercaturam faciunt.

कश्मीर, Uṇ. IV, 32. aff. ईरन्. Contra e scholiastae sententia oxyt. est.

§. 70. Praecedens vox locativi sensu posita sequente बन्ध accentum habet (VI, 2, 32); v. c. चक्रबन्धः, votae orbis; हस्तेबन्धः, manui iniectum ligamentum.

चक्र, Rv. 30, 19. हस्ते, Rv. 37, 3. De locativo vide P. II, 1, 41. VI, 3, 13.

d) §§. 71—75. Exceptiones §§. 45. 46.

§. 71. In compositis: उष्ट्रसादिः, उष्ट्रवामिः, गोसादः, गोसादिः, गोसारथिः, quibus omnibus, nisi fallor, camelis, bobus vehens designatur, उष्ट्र et गो accentum habent (VI, 2, 40. 41).

उष्ट्र, Uṇ. IV, 163. aff. ष्ट्रन्.

§. 72. Voces adiectiva: शील, काम, भक्ष, आचार, प्रतीक्ष, क्षम praecedentes suum accentum servant (P. III, 2, 1. vârt. 6. 7); v. c. मांसशीलः, carne praeditus (मांस, Uṇ. III, 64. aff. स); मांसकामः, carnem amans; कल्याणाचारः, fausta faciens; सुखप्रतीक्षः, gaudia exspectans (सुख, Rv. 20, 3); कल्याणक्षमः, fausta patiens.

§. 73. Sequente participio praet. pass., non cum praepositione composito, prius membrum, accusativi sensu positum, suum accentum servat, ubi compositum non infaustam significationem habet (VI, 2, 47); v. c. ग्रामगतः, vicum profectus. Ex contrario कष्टश्रितः, qui in calamitatem incidit, in ultima acuendum est.

Annot. P. VI, 2, 61: क्ते नित्यार्थे. Aut in priore membro aut in ultima syllaba compositum accentum habet, si is status, qui sequente participio pr. pass. exprimitur, priore diuturnus et continuus (नित्य) esse declaratur; v. c. संवत्सरस्तुतः vel संवत्सरस्तुतः, per annum continue laudatus. Bhaṭṭojis vocem नित्यार्थे ita videtur intellexisse, ut नित्य cum synonymis participium praecedens accentum suum servare putaret. Igitur exemplum नित्यप्रहसितः, नित्यप्रहसितः et contrarium exemplum: मुहूर्तप्रहसितः praebet, nihilominus addens: काल। इति द्वितीयसमासो ऽयम्. At regula, ab ipso excitata, haec est (II, 1, 28): „Voces tempus significantes, accusativi sensu usurpatae, cum participiis pr. pass. ad compositum coniungi possunt; v. c. मासप्रमितः प्रतिपच्चन्द्रः, luna descrescens, mensem distribuere coepta.“ His e sequenti regula (vide supra §. 44, 1), quidquid in illo loco Bhaṭṭojis dicit, addendum est: „sive illud tempus continuum est cogitandum, sive minus.“ Atque haec est regula, quam Pâṇinis hoc loco respexit; sin minus, iam in capitibus, quae compositionem tractant, regulam aliquam protulisset, qua voces „perpetuum“ significantes cum participiis coniungerentur, quam me auctore nusquam reperies.

§. 74. Itidem vox instrumentali sensu posita, a participio pr. pass., significatione vere passiva usurpato, dependens (VI, 2, 48); v. c. अद्रिदुग्धः, lapidibus expressus, Rv. 54, 9 (अद्रि, Rv. 7, 3); इन्द्रगूतः, ab Indra concessus, Rv. 118, 9; पतिजुष्टा, a marito dilecta, Rv. 73, 3 (पति, Rv. 9, 4). Exceptiones hae sunt: पितृवित्तः, a patre acquisitus, Rv. 73, 1. 9; मधुप्रजातः, liquore natus, Sv. II, 4 *a* 17.

Annot. Sequentibus conditionibus ultima compositi syllaba acuitur:

a) si compositum similitudinem exprimit (VI, 2, 145); v. c. शशप्लुतः, शशलुप्तः, वृकावलुप्तः, lepore quasi insultus; lepore, lupo quasi infestatus, i. e. unguibus, vel alia re laceratus. Cf. WD.: „शशलुप्तकं, a mark or scratch of the fingernail.“

b) si participium finale, verbali notione abiecta, cum praecedente membro appellativum format, praeterea कविशस्तः, a vate celebratus (VI, 2, 146); v. c. कुद्दालकखातं, fossa, foramen; हस्तिमृदिता, via iumentis trita (= राजमार्गः?); देवखातं (AC. 78, 6), caverna, lacus. Cf. शिपिविष्टः, Sv. II, 9 *a* 4. Yv. VIII, 55.

c) sequentibus ambobus participiis दत्त et श्रुत si composito benedictionis sensu appellativum vel nomen proprium formatur; v. c. देवदत्तः, विष्णुश्रुतः, nn. prr. (dii illum dent, Vishṇus illum exaudiat) (VI 2, 148). Si vero alio sensu दत्त et श्रुत in fine reperiuntur, itemque, si benedictionis quidem sensu compositum usurpatur, sed alio participio terminatur, e generali regula acuitur; v. c. देवदत्तः, concha Arjuno ab Indro data; देवपालितः, n. pr. (utinam dii eum tueantur).

d) si composito haec est significatio: a subiecto, dum hoc (prioris membri) statu est, haec (alterius membri) res acta est (इत्थम्भूतेन कृतं) (VI, 2, 149); v. c. सुप्तप्रलपितं, a dormiente dictum; प्रमत्तगीतं, ab ebrio cantum.

e) si क्रीत, emtus, ultimum est membrum (VI, 2, 151); v. c. गोक्रीतः, अश्वक्रीतः, bove, equo emtus.

§. 75. Sequentibus सिद्ध, शुष्क, पक्व praecedens membrum suum servat accentum, si locativi sensum habet

neque tempus significat (VI, 2, 32. II, 1, 45); v. c. सा॒ङ्का॒श्यसिद्धः, in vicinia (an in urbe eius nominis, R. I, 71, 16. 19.?) paratus (सा॒ङ्का॒श्य, P. IV, 2, 80. aff. ण्य); आ॒तप॑शुष्कः, in solis luce siccatus (आ॒तप॑ e reg. Çant. III, 6. parox. est); स्था॒लीप॑क्वः, in olla coctus (स्था॒ली, Uṇ. I, 115. aff. आलच्॒).

Illas voces cum locativo construi a Pâṇine II, 1, 41. docemur. De सिद्ध vide etiam P. VI, 3, 19. पू॒र्वा॑ह्ण॒सि॒द्धः, e regula §. 46, 4. oxytonon est. Aliter tamen Bhaṭṭojis iudicat: कृत्स्वरेण बाधितः सप्तमीस्वरः (§. 44, 3) प्रतिप्रसूयते । quod absurdum est; haec enim idem valent, ac si Pâṇinis dixisset: non पू॒र्वा॒ह्णसि॑द्धः acuendum est, sed पू॒र्वा॑ह्णसिद्धः.

In iis, quae usque ad §. 86. sequuntur, regulis prius membrum in prima syllaba acuto pronuntiatur.

a) §§. 76—79. Exceptiones §. 1.

§. 76. In composito hominem designante muneri, cui praefectus est, sedulo et continuo incumbentem (युक्त) prius membrum in prima syllaba accentum habet (VI, 2, 66); v. c. गोसं॑ङ्ख्यः, प॒शु॑सङ्ख्यः, गोव॑ल्लभः (प॒शु, Yv. IX, 31).

Annot. Sequente अध्यक्ष ultima etiam compositi syllaba acui potest (VI, 2, 67); v. c. गवा॑ध्यक्षः vel ग॒वा॒ध्य॒क्षः, अश्वा॑ध्यक्षः vel अ॒श्वा॒ध्य॒क्षः, boum, equorum custos.

§. 77. Ciborum nomina in prima syllaba acutum habent sequente nomine rei, quae iis parandis vel servandis *) inservit (VI, 2, 71); v. c. भि॒क्षाकं॑सः, भिक्षापात्रं,

*) Hoc modo abstracto तदर्थेषु concretam reddere significationem tentavi.

vas servandis vel coquendis cibis, mendicatione collectis inserviens; भक्तकंसः, भाजीकंसः, oryzae parandae destinatum vas.

§. 78. Porro sequente voce ग्राम alia atque loci significatione (VI, 2, 84); v. c. मल्लग्रामः, वणिग्ग्रामः, देवग्रामः, Mallorum, mercatorum, deorum multitudo.

§. 79. Membrum ante voces: घोष, कट, वल्लभ, ह्रद, बदरी, पिङ्गल, माला, रक्षा, शाला, कूट, शाल्मली, अश्वत्थ, तृण, शिल्पिन् (in masc. tantum genere), मुनि, प्रेक्षा positum (VI, 2, 85); v. c. दाक्षिघोषः, दाक्षिकटः.

b) §. 79. Exceptio §. 44, 7.

§. 80. Sequentibus गो, बिडाल, felis, सिंह, leo, सैन्धव, equus, ad similitudinem denotandam prius membrum in prima acuitur (VI, 2, 72); v. c. धान्यगवः, frumenta vaccae forma coacervata (P. V, 4, 92?); भिक्षाबिडालः, homo felis instar stipi inhians; तृणसिंहः, quod in Wilsonis Lexico significatione securis reperitur; सक्तुसैन्धवः, farina equi specie coacervata.

c) §§. 81—85. Exceptiones §. 45.

§. 81. Si posterius membrum affixo अक formatum est, prius in prima syllaba acuto pronuntiatur, quoties composito aut homo designatur, qui victum eo negotio, quod singulis vocis partibus declaratur, comparat; aut lusus in *oriente* Indiae frequentatus (VI, 2, 73. 74); 1) दन्तलेखकः, नखलेखकः, qui dentibus, unguibus colore obducendis victum suum comparat; 2) उद्दालकपुष्पभञ्जिका, शालपुष्पभञ्जिका, lusus quidam, in quibus Uddâli vel Çâli arboris flores decerpuntur (Cf. P. III, 3, 109).

जीवपुत्रप्रचायिका vero lusus est in occidente Indiae usitatus. Femininum affixi अक esse इका a P. VI, 3, 44. docemur.

§. 82. Quae voces affixo primario अण् (अ) formatae in fine compositorum apparent, eorum praecedens membrum in prima syllaba acutum habet, si composito aut homo designatur, qui muneri alicui praefectus est (cf. §. 76), aut opificis nomen efficitur, aut appellativum formatur exceptis a duabus posterioribus conditionibus vocibus कार terminatis (VI, 2, 75—77); छत्रधारः, तूणधारः, homo, qui umbellae, pharetrae portandae constitutus est; तन्तुवायः, बालवायः, textor; तन्तुवायः, aranea; बालवायः, nom. pr. montis. Ex contrario vero कुम्भकारः, figulus, रथकारः, n. pr., e regula §. 43.

अण् affixo formatas has voces reperio: कुम्भकारः, figulus, क्षेमकारः, prosperitatem afferens, प्रियकारः, grata faciens, मद्रकारः, voluptatem efficiens, रथकारः 1) faber tignarius 2) homo Mahishyo patre, Karaṇî matre ortus, दार्वाघाटः, picus, चार्वाघाटः vel चार्वाघातः, पदसङ्घाटः vel पदसङ्घातः, वर्णसङ्घाटः vel वर्णसङ्घातः — छत्रधारः et तूणधारः, vide supra; काण्डलावः, qui arundines metit, शत्रुलावः, qui hostes occidit; denique omnia composita, quae vocibus माय, metiens, वाय, texens, ह्वाय, vocans, terminantur; v. c. धान्यमायः, व्योममायः, frumenta, aethera metiens; तन्तुवायः, बालवायः, vide supra; स्वर्गह्वायः, qui coelum vocat.

§. 83. Itidem si posterius membrum affixo primario णिनि (इन्) formatum est (VI, 2, 79); v. c. पुष्पहारी, फलहारी, flores, fructus capiens.

In grammatica Pâṇinîya hae fere voces affixo णिनि formatae reperiuntur: अकारी, अग्निष्टोमयाजी, अनुजीवी, अनुयायी, अपराधी, अभिभावी, अयाची, अवश्यङ्कारी, अवादी, अवासी, अविनायी, अव्याहारी, अव्राजी, अश्राद्धभोजी, असेव्याहारी, अहारी, आगतनन्दी, आगतप्रहारी, आगतयोधी, आगतवञ्ची, उत्साही, उद्दासी, उद्भासी, उपजीवी, उपरोधी, उष्णभोजी, कुम्भस्थायी, क्षीरपायी,

ग्राही, दर्शनीयमानी, दायी निरत्नी, निवापी, निशायी, निश्रावी, पण्डितमानी, परिभवी, परिभावी, पितृव्याघाती, पुष्पहारी, प्रपायी, फलहारी, ब्रह्मवादी, मन्त्री, युक्तारोही, विनायी, विशयी, विशायी, विषयी, विषायी, शतंदायी, शीतभोजी, शीर्षघाती, सब्रह्मचारी, सम्मर्दी, साधुदायी, सोमयाजी, स्थण्डिलशायी, स्थायी. Vide etiam infra §. 122.

§. 84. Ante ज (natus) positae voces bisyllabae longa vocali terminatae, praeterea काशजः, तुषजः, भ्राष्ट्रजः, वटजः acutum in prima syllaba habent. Quae vox plus duabus syllabis habet, eius penultima acuto pronuntiatur (VI, 2, 82. 83); v. c. कुटीजः, शमीजः, उपसरजः, मन्दुरजः, आमलकीजः, वलभीजः.

§. 85. Voces गोपालः (pastor, rex); तन्तिपालः, यवपालः in prima acuuntur (VI, 2; 78).

§. 86. Denique in prima syllaba haec composita acuuntur (VI, 2, 81): अश्वत्रिरात्रः *), आगतनन्दी, आगतप्रहारी, आगतमत्स्यः, आगतयोधी, आगतरोही, आगतवञ्ची, एकशितिपाद्, चोरहोता, गर्पादः, गर्गत्रिरात्रः, आमगोधुक् **), भगिनीभर्ता, युक्तारोही, व्युष्टित्रिरात्रः *) . . . . . . अवटकच्छपः, आखनिकबकः, उदपानमण्डूकः, उदुम्बरकृमिः, उदुम्बरमशकः, कर्णचुरुचुरा, कर्णटिरिटिरा, कुम्भमण्डूकः, कूपकच्छपः, कूपमण्डूकः, गर्भतृप्तः, गेहेक्ष्वेडी, गेहेदाही, गेहेदृप्तः, गेहेधृष्टः, गेहेनर्दी, गेहेमेही, गेहेविजिती, गेहेव्याडः, गेहेशूरः, गोष्ठेक्ष्वेडी, गोष्ठेपटुः, गोष्ठेपण्डितः, गोष्ठेप्रगल्भः, गोष्ठेविजिती, गोष्ठेशूरः, नगरकाकः, नगरवायसः, पात्रेबहुलाः, पात्रेसमितः, पिण्डीशूरः, पितरिशूरः, पातरिपुरुषः ***).

Posteriores triginta tres voces contumelias esse facile animadvertes, quas in prima syllaba acui cum rei natura consentaneum est. Vedica huc refero: गोअर्णस्, vaccarum copia, Rv. 112, 18;

*) Cf. infra §. 137.

**) Cf. §. 61.

***) Wilkins. Gr. p. 566.

रहूगणाः, Rahûganidae, Rv. 78, 5; वृषखादिः, libamina bibens, Rv. 64, 10.

In sequentibus quatuor regulis (87—90), quae exceptiones sunt paragraphi primae, prius membrum in ultima syllaba acuitur.

§. 87. *a*) Vocibus गिरि et निकाय (P. III, 3, 41. 42) sequentibus si composito appellativum vel nomen proprium formatur (VI, 2, 94); v. c. अञ्जनागिरिः, मौण्डनिकायः.

Huc किंशुलुकागिरिः, शाल्वागिरिः, नडागिरिः, अञ्जनागिरिः, लोहितागिरिः, कुक्कुटागिरिः pertinent, quae a Pâṇine VI, 3, 117. propter आ anomalum recensentur. Cf. etiam काञ्चनगिरिः, mons Meru, Hemac. I, 4, 98; रामगिरिः, nomen pr. montis, Meghad. I, 99.

§. 88. Sequente voce सभा, *neutrum genus* accipiente (VI, 2, 98); v. c. गोपालसभं, regium palatium vel regum conventus (समूह, सङ्घात); स्त्रीसभं, feminarum congregatio.

Pâṇinis praecepto (II, 4, 23. 24) सभा („domus") in fine compositi nominalis neutrum fieri edocemur, quoties synonyma vocis „rex" praecedant (exceptis tamen राजन् et nominibus propriis regum), deinde praecedente nomine Daemonem, Gigantem, similes hominum inimicos (रक्षःपिशाचादयः) designante, denique si सभा significatione „conventus, congregationis" (non „domus") adhibeatur. Exempla haec habes: इनसभं, ईश्वरसभं, regia domus; रक्षःसभं, पिशाचसभं, Gigantum, Crudivororum domus; स्त्रीसभं, mulierum ecclesia; cf. AC. 367, 6:

संहतौ सभा (नपुंसकं) ॥
शालार्थापि परा राजामनुष्यार्थादराजकात् ।
दासीसभं नृपसभं रक्षःसभमिमा दिशः ॥

Dicitur vero राजसभा (Lassen. Anthol. 2, 2), चन्द्रगुप्तसभा, regis, C'andragupti regis domus; धर्मसभा, curia.

§. 89. *c*) Sequente voce पुर, si composito urbs in oriente Indiae sita designatur, exceptis हास्तिनपुरं, फलकपुरं, मार्देयपुरं. Praeterea in गौडपुरं, अरिष्टपुरं, etiamsi membrum medium intervenit, v. c. गौडभृत्यपुरं, अरिष्टाश्रितपुरं (VI, 2, 99—101); v. c. देवदत्तपुरं, नान्दीपुरं.

§. 90. *d*) In vocibus कुशूलबिलं, कूपबिलं, कुम्भबिलं, शालीबिलं (VI, 2, 102).

§. 91. भगाल (cranium) cum synonymis in fine comp. accentum suum servat (VI, 2, 137); v. c. कुम्भीभगालं, कुम्भीकपालं, कुम्भीनदालं.

Suspecta mihi commentatorum explicatio simplicis regulae Pâninîyae: प्रकृत्या भगालं videtur; in omnes enim voces „cranium" significantes regulam valere persuadere mihi non possum. — Ceterum tribus illis vocibus urceorum genus videtur designari, forma cranio simile.

In iis regulis, quae usque ad §. 99. sequuntur, exceptiones paragraphi primae statuentibus, posterioris membri prima syllaba acuto pronuntiatur.

§. 92. शाला, domus, et कन्था, murus, quoties in fine compositi genus neutrum assumunt (VI, 2, 123—125); v. c. ब्राह्मणशालं, क्षत्रियशालं, Brahmaṇi, Kshatrii domus; सौशमिकन्थं, आह्वरकन्थं, nominn. proprr.

Annot. I. Composita छात्रिशाला, पैलि°, भाण्डि°, व्याडि°, आखण्डि°, आटिशाला, गोमिशाला in prima syllaba acuuntur, etiamsi neutrius fiunt generis (VI, 2, 86).

Annot. II. Ita etiam composita: चिहणाकन्थं, मडर° (Sk. मन्दर), मडुमर°, वैतुल°, पटत्क°, वैडालिकर्णक°, कुक्कुट°, चिक्कणा°, चित्कणाकन्थं. —

शाला in fine compositi nominalis neutrum genus accipere potest; v. c. गोशालं vel गोशाला. P. II, 4, 25. AC. 372, 4. — Eodem modo कन्था, si composito urbes (?) in provincia उशीनर sitae designantur. P. II, 4, 20. AC. 361, 1: कन्थोशीनरनामसु (scil. नपुंसकं).

§. 93. चेल, खेट, कटुक, काण्ड, चीर in fine compositi vituperationis sensu usurpata (VI, 2, 126. 127); v. c. भार्याचेलं, scelus mulieris; नगरखेटं, misera urbs; दधिकटुक, acidum lac; भूतकाण्डं, abiecta animans; वस्त्रचीरं, vestis panno similis.

चेल, खेट, कटुक, काण्ड adiectiva sunt, in neutro genere eodem modo in fine composs. usurpata, quo अन्तरं saepissime apparet. Cf. चेलं वस्त्रे ऽधमे त्रिषु AC. 336, 2. Hemac. II, 2, 486. — कुपूयकुत्सितावद्यखेटगर्ह्याणकाः AC. 252, 5. Hemac. II, 2, 87. — कटुक idem esse puto, atque कटु, quod per तीक्ष्ण, तिक्त explicant. — काण्डो ऽधमे. Hemac. II, 2, 111. Medinik. p. 38. — चीरं substantivum est, hoc loco pannum significans: „a rag, old and torn cloth“. वस्त्रचीरं, कम्बलचीरं per वस्त्रं चीरमिव, कम्बलो चीरमिव enarrant.

§. 94. कूल, सूद, स्थल, कर्ष in fine compositi appellativum vel nomen proprium formantis (VI, 2, 129); v. c. दाक्षिकूलं, शाण्डिसूदं, दाण्डायनस्थली, दाक्षिकर्षः, quae voces Bhaṭṭoje teste vicorum nomina sunt.

§. 95. वर्ग्यं, पूग्यं, गण्यं, पक्ष्यं, धार्म्यं, मित्र्यं, मेध्यं, अन्तर्यं, पथ्यं, रहस्यं, अलीक्यं, उख्यं, साक्ष्यं, देश्यं, आद्यं, अन्त्यं, मुख्यं, जघन्यं, मेघ्यं, यूथ्यं, उदक्यं, न्याय्यं, वंश्यं, वेश्य, काल्यं, आकाश्यं, quae voces omnes significatione: „ibi (i. e. in primitivo) apparens,

ad illud pertinens“ aff. य (यत्, vide §. 12) derivatae sunt, in fine compositi acutum in prima syllaba habent (VI, 2, 131); v. c. अर्जुनवर्ग्यः, अर्जुनपक्ष्यः, ad tribum, ad partes Arjuni pertinens.

§. 96. Vox पुत्र nomina masculina sequens paroxyt. est (VI, 2, 132. 133); v. c. दाशकिपुत्रः, माहिषपुत्रः. Contra गार्गीपुत्रः. Generalem tamen composita sequuntur regulam, si आचार्य, magister, राजन्, rex, ऋत्विज्, sacerdos, संयुक्त, affinis *), ज्ञाति, cognatus *), eorum synonyma, denique nomina propria vel appellativa **) talium hominum praecedunt; v. c. 1) आचार्यपुत्रः, उपाध्यायपुत्रः, शाकटायनपुत्रः; 2) राजपुत्रः, ईश्वरपुत्रः, नन्दपुत्रः; 3) ऋत्विक्पुत्रः, याजकपुत्रः, होतुःपुत्रः ***); 4) संयुक्तपुत्रः, सम्बन्धिपुत्रः, श्यालपुत्रः; 5) ज्ञातिपुत्रः, भ्रातुःपुत्रः ***).

§. 97. Voces चूर्ण (pulvis, farina), करिव (?), करिप (?), शाकिन †) (campus), शाकट †) (campus), द्राक्षा (uva), तूस्त (pulvis), कुन्दुम (?), दलप (Uṇ. III, 142: arma, WD: aurum), चमसी (vide WD.), चक्कन (?), चौल (?); praeterea कापड, चीर, पलल, सूप, शाक, कूल in fine compositi acutum in prima syllaba habent praecedente voce genitivi sensu dependente remque inanimam denotante (VI, 2, 134. 135): v. c. मुद्गचूर्णं, phaseolorum farina; दर्भकापडं, शरकापडं,

---

*) Bhaṭṭojis ita utramque vocem explicat: संयुक्ताः सम्बन्धिनः। श्यालपुत्रः। ज्ञातयो मातापितृसम्बन्धेन बान्धवाः।

**) Nomina propria patrum, qui non aut filii magistri, aut reges, aut sacerdotes sint, excipienda esse per se intelligitur.

***) Genitivi terminatio vocum ऋ desinentium in *composito* ponitur, si sequens membrum hominem vel doctrinae traditae vinculo, vel cognatione iunctum designat, v. c. होतुरन्तेवासी, sacrificis discipulus, पितुःपुत्रः, patris filius. P. VI, 3, 23.

†) Vide infra §. 151, 4.

herbae, saccharorum fasciculus; दर्भचीरं, शरचीरं, idem fortasse; तिलपललं, sesami semen; मुद्गसूपः, phascolorum ius; मूलकशाकं, raphanis confectum edulium; नदीकूलं, समुद्रकूलं, fluminis, maris ripa.

§. 98. कुण्ड in fine compositi significatione sylvae (VI, 2, 136); v. c. दर्भकुण्डं, शरकुण्डं, silva i. e. multitudo arundinis.

§. 99. राज्य in fine compositi attributivi excepto determinativo paroxytonon est (VI, 2, 130); v. c. ब्राह्मणराज्यं, क्षत्रियराज्यं, Brâhmaṇorum, Kshatriyorum regnum; विप्रराज्यं, Sv. II, 8 *b* 18; स्वराज्यं (= स्वस्य राज्यं), Rv. 80, 1. Pronuntiatur vero परमराज्यं, summum imperium.

Cf. etiam जनराज्ञा, pagorum rex, Rv. 53, 9.

Quae usque ad finem huius compositionis generis sequuntur regulae, in iis posterioris partis ultima syllaba acuitur.

§. 100. 101. Exceptiones §. 44, 2.

§. 100. Vox ऊन synonymaque, porro कलह acutum in ultima syllaba habent praecedente membro, quod instrumentali sensu regitur (VI, 2, 153); v. c. माषोनं (= माषेणोनं), माषविकलं (= माषेण विकलं), uno Mâsho minus; असिकलहः (= असिना क°), वाक्कलहः (= वाचा क°), pugna ferro facta, verborum contentio.

Ab ऊन et कलह dependentem in composito casum instrumentalem esse habendum speciali regula a Pâṇine iniungitur. II, 1, 31. — Nonnulli grammatici, audacius regulam interpretantes, eundem accentum, si अर्थ posterius membrum sit, poncudum esse iubent, haud dubie regulam Pâṇinis II, 1, 30. (vide supra §. 46) respicientes, ubi अर्थ cum in-

strumentali coniungi dicitur; v. c. धान्यार्थः, divitiae frumento comparatae.

§. 101. Vox मिश्र vocabulum instrumentali sensu positum sequens oxytonos est, non tamen praepositione coniuncta, neque: „qui cum aliquo pactus est" significans (VI, 2, 154); v. c. तिलमिश्रः, सर्पिर्मिश्रः, sesamo, butyro mixtus. Dicitur vero गुडसंमिश्रः, sacchari succo commixtus, et ब्राह्मणमिश्रो राजा, rex, qui pretio dato cum Brâhmaṇis pactum fecit, e regula §. 44, 2.

§. 102. Exceptio §. 44, 3.

§. 102. पुण्य in ultima acuto pronuntiatur, si, quod praecedit, membrum locativi sensu positum est (VI, 2, 152); v. c. अध्ययनपुण्यः = अध्ययने पुण्यः, in legendis libris sacris purus, i. e. libros sacros observatis observandis legens. E contrario वेदपुण्यं dicitur significatione: वेदेन पुण्यं, Vedis purum, praescriptum, e §. 44, 2.

§§. 103. 104. Exceptiones §. 45.

§. 103. Voces affixo अन formatae statum vel actionem, aut actionis obiectum denotantes praecedente casu obliquo acutum in ultima habent (VI, 2, 150); v. c. पयःपानं, lactis potio; राजभोजनाः शालयः, oryzae regis cibo inservientes.

Vedis quidem ea regula minime confirmatur; cf. इन्द्रपानः, Indrae potui destinatus Rv. 54, 9; मर्तभोजनं, mortali idoneus cibus, Rv. 81, 6.

§. 104. Praecedente casu obliquo voces affixis 1) मन्, 2) क्तिन् (ति, quarum infra §. 115, 1. nonnullae collectae sunt) formatae, praeterea 3) श्रासन, व्याख्यान, शयन, स्थान, 4) याजक, पूजक, परिचारक, परिषेचक (v. l. परिवेषक), स्नापक, अध्यापक, उत्साहक, उद्वर्तक, होतृ, भर्तृ, रथगणक, पत्तिगणा

acutum in ultima syllaba habent (VI, 2, 151); v. c. 1) रपवर्त्म, via regia, 2) पाणिनिकृतिः, Pâṇinis opus (कृति. P. III, 3, 94), 3) राजासनं, छन्दोव्याख्यानं, राजशयनं, अश्वस्थानं (cf. vero गोष्ठानं, (Yv. I, 25); 4) quae sequuntur voces cum genitivo componuntur (P. II, 2, 9): v. c. ब्राह्मणयाजकः, क्षत्रिययाजकः, Brahmaṇi, Kshatrii sacrifex.

Annot. In Vedis ante voces affixo ति formatas semper prius membrum suo accentu instructum reperi; cf. अश्वमिष्टिः, equi sacrificium, Sv. I, 3, 5, 8; इष्कृतिः, sacrificium, Yv. XII, 83; गोषातिः, libationis confectio, Sv. I, 1, 3, 8. Huc pertinent मघत्तिः, Sv. 7 *b* 15, वसुत्तिः, Sv. II, 8 *b* 4, divitiarum acquisitio (pro मघदत्तिः, वसुदत्तिः). Anomala vox चर्षणीधृतिः, hominum sustentator, Sv. I, 3, 6, 6. est.

E. Composita determinativa.

In iis regulis, quae usque ad §. 118. sequuntur, prius membrum accentum suum servat.

§§. 105—114. Exceptiones §. 1.

§. 105. Prius membrum accentum habet sequente voce पूर्व significatione: „quod ante fuit“ (VI, 2, 22); v. c. आढ्यपूर्वः, दर्शनीयपूर्वः, qui olim dives, pulcher erat. Quod ad hunc vocis पूर्व usum attinet, nullum me memini legere exemplum, ubi cum adiectivo coniunctum fuerit; frequentissima tamen cum participio passivo compositio.

§. 106. विस्पष्ट, विचित्र, विचित्त, व्यक्त, सम्पन्न, पटु, पण्डित, कुशल, चपल, निपुण, *adiectivum* praecedentes (VI, 2, 24); v. c. विस्पष्टपटुः, manifesto dexter.

§. 107. Eodem modo काष्ठ, दारुण, अमातापुत्र, वेश,

अनोत्तात, अनुंत्तात, अपुत्र, अयुंत, अद्भुंत, अनुंक्त, भृश, घोर, सुख, परम, सु, अति sequente vocabulo personam venerabilem designante (VIII, 1, 67); v. c. काठाध्यापकः, excellens magister; दारुणाभिरूपकः, timendus vir doctus.

§. 108. कुमार in initio compositi (VI, 2, 26); v. c. कुमारश्रमणा, iuvenis mendica.

Annot. I. E quorundam grammaticorum sententia regula de sequentibus tantum compositis valet, ut quae a Pâṇine ipso II, 1, 70. tractata sint: कुमारश्रमणा, °प्रव्रजिता, °कुलटा, °गर्भिणी, °तापसी, °दासी, °बन्धकी, °अध्यापकः, °अभिरूपकः, °पटुः, °मृदुः, °पण्डितः, °कुशलः, °चपलः, °निपुणः.

Annot. II. Vox कुमारप्रत्येनास् *) acutum in prima syllaba habet (VI, 2, 27).

Annot. III. Sequente nomine rei catervatim visae कुमार vel in prima syllaba acutum habet vel in ultima (VI, 2, 28); v. c. कुमारचातकाः vel कुमारचातकाः, कुमारजीमूताः vel कुमारजीमूताः, turba pullorum cucullorum, modo ortarum nubium. — Ceterum minime me verum regulae non nimis perspicuae sensum assecutum esse confido; apponam igitur ipsam cum explicatione Bhaṭṭojis: पूगेष्वन्यतरस्यां। पूगा गणास्तेषूक्तं वा। कुमारचातकाः। कुमारजीमूताः। आद्युदात्तत्वाभावे कुमारश्चेत्येव (VI, 2, 26) भवति। Falso igitur scholiasta *compositi* aut primam aut *ultimam* syllabam acui dicit.

§. 109. In compositis महाव्रीहिः, महापराह्णः **), महा-

---

*) Bhaṭṭojis sic alteram compositi partem explicat: प्रतिगतमेनो ऽस्य। प्रत्येनाः। Criminis reum significari puto. Cf. §. 60.

**) Iam cerebrali litera posterius membrum अपराह्ण esse cognoscitur.

गृष्टिः, महेष्वासः, महाजाबालाः, महाभारः, महाभारतः, महाहैलिहिलः, महारौरवः, महाप्रवृद्धः, महावैश्वदेवं*) महा suum accentum obtinet (VI, 2, 38. 39).

§. 110. प्रथम in initio compositi, si „in aliqua re tironem“ significat, accentum suum servare potest (VI, 2, 56); v. c. प्रथमवैयाकरणः, qui grammaticae studere incipit (Bhaṭṭojis: सम्प्रति व्याकरणमध्येतुं प्रवृत्त), vel प्रथमवैयाकरणः, quemadmodum semper pronuntiandum est, si vox v. c. praestantissimum grammaticum significat.

प्रथम, Rv. 24, 2.

§. 111. कतर et कतम in initio compositi accentum suum servare possunt (VI, 2, 57); v. c. कतरकठः vel कतरकठः, uter Kaṭhorum, Yajurvedi an Rigvedi? कतमकलापः vel कतमकलापः, qualis quatuor Vedorum Kalâpas? Cf. Bhaṭṭ. ad P. VII, 4, 38. et II, 1, 63.

§. 112. आर्य et राजन् voces ब्राह्मण et कुमार praecedentes accentum suum obtinere possunt (VI, 2, 58. 59); v. c. आर्यब्राह्मणः, आर्यकुमारः vel आर्यब्राह्मणः, आर्यकुमारः, nobilis Brâhmaṇas, nobilis princeps; राजब्राह्मणः, राजकुमारः vel राजब्राह्मणः, राजकुमारः, Brâhmaṇas, princeps, regio munere fungentes.

आर्य, Rv. 51, 8.

§. 113. ईषत् in initio compositi accentum suum servare potest (VI, 2, 54); v. c. ईषद्विकटः, paulum terribilis.

विकट a praepositione वि aff. कटच् P. V, 2, 29. derivatur. — Pâṇinis praecepto II, 2, 7. ईषत् cum vocibus uṇâdico tantum et secundario affixo for-

---

*) Etiam क्षुल्लक in voce क्षुल्लकवैश्वदेवं, parcum sacrificium omibus diis oblatum.

matis componitur *), quod tamen, quae est grammaticorum indicorum argutior distinctio, non impedit, quominus etiam cum aliis coniungantur, modo si affixum primarium *radici*, ईषत् *praecessae*, additum **) sit cogitandum. Hac ratione a Pâṇinc ipso III, 3, 126—128. ईषत्करः, ईषदाढ्यम्भवः, ईषत्पानः formantur (cf. etiam ईषन्निमयः, ईषद्विलयः, P. VI, 1, 50, v.), quae e §. 45. pronuntianda sunt.

§. 114. बहु, si in initio compositi determinativi paulum abesse exprimit, quin qualitas adiectivi sequentis absoluta sit, accentum suum obtinet; v. c. बहुपटुः पुरुषः, homo, cuius dexteritas plurimis partibus perfecta est, quamvis non in omnibus, i. e. satis dexter.

Pâṇinis V, 3, 68. बहु (बहुच्) in hac compositione affixi secundarii, in *initio* vocis additi locum occupare docuit, eumque temere Vopadevas secutus est. Mugdhab. 106, 64.

§§. 115. 116. Exceptiones §. 45.

§. 115. Vocabula gati ***) appellata accentum suum servant sequente voce affixo primitivo formata, quod त् consonanti incipit, cuique muta litera न् addita est, excepto तुन् (तु) (VI, 2, 50). Affixa, nominibus formandis inservientia, quae utrique conditioni obsequuntur, haec sunt: I. Kṛit: 1) क्तिन् = ति 2) तृन् = तृ 3) त्वन् = त्व 4) ष्ट्रन् = त्र. II. Uṇâdi: 1) तन् = त 2) तकन्

---

*) Kâtyâyanas: cum adiectivis, inquit, ita dicendum est, non enim ईषत् cum गार्ग्यः componi potest.

**) Haec est componendi ratio, cui grammatici nomen उपपद indiderunt. Vide, quae supra ad §. 45. dicta sunt.

***) Vide supra §. 45.

= तक 3) तनन् = तन 4) तश्नन् = तश्न 5) तश्नसुन् = तश्नस् 6) तिकन् = तिक 7) तृन् = तृ 8) त्रन् = त्र 9) ष्ट्रन् = त्र 10) त्वन् = त्व.

Voces a grammaticis his affixis formatae hae mihi innotuerunt:

I, 1. *a*) आप्ति॑, इष्टि॑, mantre इ॒ष्टि, ऊ॒ति, कीर्त्ति॑, की॒र्त्ति, गति॑, गीति॑, गीर्ति॑, ग्लानि॑, चिति॑, चूर्त्ति॑, जीर्ति॑, जू॒ति, ज्यानि॑, दीप्ति॑, धूनि॑, ध्वस्ति॑, पक्ति॑, mantre प॒क्ति, पीति॑ *), पूर्ति॑, फुल्ति॑, भू॒ति (mantre), मति॑, mantre म॒ति, म्लानि॑, यू॒ति, यूनि॑, रा॒ति (mantre), राद्धि॑, लूनि॑, वि॒त्ति (mantre), वी॒ति (mantre), वृ॒ष्टि (mantre), श्रुति॑, सा॒ति, सुति॑, स्थिति॑, स्फाति॑, स्रस्ति॑, हा॒नि, हेति॑.

b) अप॑चिति, उप॑गीति, उप॑स्थिति, निपी॑ति, प्रभू॑ति, प्रस्थि॑ति, प्रल्हत्ति॑, विप॑त्ति, सङ्ग॑ति, सङ्गी॑ति, सम्प॑त्ति, सम्पी॑ति. E Vedis haec offero: उप॑श्रुतिः, Rv. 10, 3; प्रश॑स्तिः, Yv. IX, 6; विभू॑तिः, Rv. VIII, 9, ubi tamen voces particulis दुः et सु praecessae in ultima acuuntur; cf. दु॒ष्टु॒तिः, Rv. 53, 1; सु॒की॒र्त्तिः, Rv. 68, 3; सु॒क्षि॒तिः, Rv. 40, 8; सु॒म॒तिः, Rv. 24, 9.

I, 2 क्षत्तृ॑ vel क्ष॒त्तृ, त्वष्टृ॑, नेष्टृ॑, पोतृ॑, होतृ॑.

I, 3. कर्त्व॑.

I, 4. तोत्त्र॑, दंष्ट्रा॑, दात्र॑, धा॒त्री, न॒ड्री, नेत्र॑, पत्त्र॑, पोत्र॑ **), भ्राष्ट्र॑, मेढ्र॑, योक्त्र॑, योत्र॑, शास्त्र॑, सेक्त्र॑, सेत्र॑, स्तोत्र॑.

II, 1. अन्तः॑, एतः॑, गतः॑, ततः॑, तृप्तः॑, दन्तः॑, धूर्तः॑, नापि॑तः, पोतः॑, मर्तः॑, मृतः॑, लोतः॑, वातः॑, हस्तः॑.

II, 2. अष्ट॑का, इष्ट॑का.

II, 3. पत्त॑नं, वेत॑नं.

II, 4. एत॑शः.

II, 5. एत॑शास्.

---

*) Ved. पी॒ति, Rv. 5, 6. 16, 3.

**) „vomis et rostrum porcinum.“ पो॒त्रं; vas sacrificale, Rv. 15, 2.

II, 6. कृत्तिका, भित्तिका, लत्तिका, वर्त्तिका.

II, 7. Nullum certum datur exemplum.

II, 8. गात्रं, दात्रं, पात्रं, भस्त्रा, मात्रा, यात्रा, श्रोत्रं, होत्रं.

II, 9. सर्वधातुभ्यः ष्ट्रन्. अस्त्रं, आष्ट्रं, उष्ट्रः, खात्रं, गात्रं, छत्रं, धोत्रं, नात्रं, भाष्ट्रं, मूत्रं, वस्त्रं, वेष्ट्रं, शास्त्रं (etiam शस्त्रं), सूत्रं, हात्रं.

II, 10. दात्वः.

Affixo Uṇâdico तुन् haec formata sunt vocabula: श्रोतुः, क्रान्तुः, क्रोष्टु m., खान्तुः, गन्तुः, गान्तुः, तन्तुः, धातुः, पोतुः, मस्तुः, वस्तुः, वास्तुः, सक्तुः, सेतुः.

§. 116. Omnis praepositio अ vel आ vocali sive consonanti terminata, praeterea नि et अधि, nudam radicem अञ्च् praecedens accentum suum obtinet (VI, 2, 52. 53); v. c. प्राञ्च्, Rv. 18, 8, न्यंञ्च्, Sv. I, 3, 9, 7, मध्यंञ्च्, अपाञ्च्, Sv. I, 3, 9, 7, उपाञ्च्, ibid. Etiam विष्वञ्च् huc pertinet, Sv. I, 4, 5, 8. Contra प्रत्यञ्च् Rv. 50, 5.

Huc etiam referendae formae radicem अञ्च् praecedentes द्रि terminatae, praeterea सध्रि in voce सध्र्यञ्च्; v. c. देवद्र्यञ्च्, अस्मद्र्यञ्च्, Yv. VII, 39.

§§. 117. 118. Exceptiones §. 46, 4

§. 117. Nomen participium praet. pass. in composito *determinativo* praecedens accentum suum servat (VI, 2, 46); v. c. पूगकृतः, श्रेणिकृतः, catervatim collectus.

Spectat haec regula ad aliam, lib. II, 1, 59. traditam, ubi voces श्रेणि, पूग, मुकुन्द, राशि, निचय, विशेष, विधान (v. l. निधन), पर, इन्द्र, देव, मुण्ड, भूत. श्रमण, वदान्य, अध्यापक, अभिरूपक, ब्राह्मण, क्षत्रिय, विशिष्ट, पटु, पण्डित, कुशल, चपल, निपुण, कृपण promiscue cum participiis: कृत, मित, मत, भूत, उक्त, युक्त, समाज्ञात, समाम्नात, समाख्यात, सम्भावित, संसेवित, अवधारित, अवकल्पित, निराकृत, उपकृत, उपाकृत, दृष्ट, कलित, दलित, उदाहृत, विश्रुत, उदित et aliis

coniungi dicuntur. — Formae vero पूतीकृतः, लघूकृतः, etc. in medio illo ई et ऊ acuuntur, quod de toto hoc compositionis genere valet.

§. 118. Praepositiones nonnullaeque aliae voces, quae a grammaticis nomine gati comprehenduntur (§. 45), participium praet. pass. sensu vere passivo usurpatum proxime praecedentes accentum suum obtinent (VI, 2, 49); v. c. निष्कृतः, confectus, Rv. 20, 6; निहितः, infixus, Yv. IX, 9; समाहितः, collocatus, Yv. IX, 3.

Annot. I. Praecedente सु (प्रादयः) compositum in ultima acuitur (V, 2, 145); v. c. सुजातः, Sv. II, 10 *a* 10 (सुजात, Rv. 65, 2 etc.); सूक्तः, Rv. 36, 1. Longe plurima tamen huius generis composita in particula, quod ad Vedos quidem attinet, accentum habent. Anomalus accentus est vocis सुविवृतः, Rv. 10, 7.

Annot. II. Participia, quae nominis sive adiectivi sive substantivi naturam plane induere, praettereaque प्रवृद्धः (magnus, v. c. currus, vel Çudras=महत्तरः?), प्रयुतः (repudiatus, v. c. mulier sterilis?); प्रवहितः (deditus v. c. ludo vel voluptatibus) et nonnulla alia acutum in ultima syllaba habent; v. c. उपहूतः, परिव्राधः, सम्भूतः exceptis tamen: अपाश्लिष्ट, आर्चित, आस्थापित, उपहित, उपस्थित, निरुक्त, परिगृहीत, पर्याचित, प्रतिपन्न, प्रश्लिष्ट, संहित (संहित, si de vacca sermo est; cf. Yv. III, 22) (VI, 2, 146. 147). Cf. etiam Vedica: अमेष्टः, Yv. X, 20, उपस्तुतः, Sv. I, 2, 2, 1, निष्कृतं, Rv. 2, 6; संस्कृतः, Yv. IV, 34, सुजातः, Rv. 109, 1.

In sequentibus quatuor regulis prius membrum in prima syllaba acuitur.

§. 119—121. Exceptiones §. 1.

§. 119. *a*) Sequentibus nomine patronymico (गोत्र, vide Boehtl. Ind. ad Pâṇ. s. v.), nominibus discipulorum vel sectatorum, माणव vel ब्राह्मण, si compositum vituperationis sensu adhibetur (VI, 2, 69); v. c. भार्यासौश्रुतः, vir a Suçruta originem ducens, qui ab uxore regitur; कुमारीदाक्षाः, ओदनपाणिनीयाः, qui Dâkshis, Pâṇinis sectatores sunt, ut peractis studiis puellas, oryzam obtineant; भिक्षामाणवाः, homines abiecti, qui stipi colligendae omnem curam impendunt *); भयब्राह्मणाः, qui timore quidem Brâhmaṇas est.

§. 120. *b*) Sequente मैरेय, quod est nomen cuiusdam potus, si praecedens membrum condimentum aliquod designat, quo ille confectus est (VI, 2, 70); v. c. गुडमैरेयः, मधुमैरेयः, Maireyas saccharo, melle confectus.

In Amari Vocabulario p. 238, 1. vox मैरेय in neutro solum genere apparet, confirmatur tamen masculinum loco Râmâyaṇi I, 53, 2.

§. 121. पाप sequente opificis nomine paroxytonon esse potest (VI, 2, 68); v. c. पापनापितः vel पापनापितः, scelestus tonsor.

§. 122. Exceptio §. 45.

§. 122. *d*) Sequente voce praepositione nuda affixo णिनि (इन्) primario (cf. supra §. 83) nomen agentis formante, cuius actio cum ea, quae est praecedentis nominis, non tamen translato sensu, comparatur, prius membrum in prima syllaba acutum habet (VI, 2, 80);

---

*) भिक्षां लप्स्येऽहमिति माणवः Bhaṭṭ. Cf. Kâridâm ad P. IV, 1, 161.

v. c. उष्ट्रक्रोशी, ध्वाङ्क्षरावी, खरनादी, sonos cameli corvi, asini clamoribus similes edens. Contra वृकवञ्ची, lupus velut fallens; कोकिलाभिव्याहारी, cuculus velut canens.

Appono explicationem Bhaṭṭojis, quum interpretatio mea mihi ipsi dubia videatur: उपमानं शब्दार्थप्रकृतावेव । उपमानवाचि पूर्वं णिन्यन्ते परे आद्युदात्तं । उष्ट्रक्रोशी । ध्वाङ्क्षरावी । उपमानग्रहणमस्य पूर्वयोगस्य च विषयविभागार्थं । शब्दार्थप्रकृतौ किं । वृकवञ्ची । प्रकृतिग्रहणं किं । प्रकृतिरेव यत्रोपसर्गनिरपेक्षा शब्दार्थस्तत्रैव यथा स्यात् । इह मा भूत् । गर्दभोच्चारी । i. e. praecedens nomen rei, quacum comparatio instituitur, in prima syllaba acutum habet sequente voce affixo णिनि formata, v. c. उष्ट्रक्रोशी, ध्वाङ्क्षरावी. — Vocem „similitudo“ Pâṇinis usurpavit, ut inter huius et praecedentis regulae (§. 83) potentiam discerneret. Cur: non mutata, inquit, sensus vocis natura? Alias वृकवञ्ची dixeris. Cur: non mutata natura? Ubi natura sensus vocis non addita praepositione servatur, ibi regula valet, secus tamen v. c. in गर्दभोच्चारी.

In sequentibus tribus regulis, exceptionibus §. 1, prioris membri ultima syllaba acuto pronuntiatur.

§. 123. *a*) सर्व in initio compositi qualitatem (गुण) adiectivo sequente expressam omni modo absolutam esse significans oxytonon est (VI, 2, 93); v. c. सर्वश्वेतः, सर्वमहान्, omni parte albus, magnus.

सर्व, Rv. 29, 7.

§. 124. *b*) Voces statum sive localem sive temporalem exprimentes in initio composs. positae in ultima syllaba acutum habent, si I. nomina *a*) vicorum *b*) regionum *c*) narrationum *d*) sectatorum a magistro denominatorum *e*) vocabulum चानराट sequuntur, II. aut si posterius membrum *in compositione tantum* augmen-

tum maius (वृद्धि) accepit; atque hac conditione etiam सर्व in initio collocatum in ultima acuitur (VI, 2, 103—105); v. c. I. *a*) पूर्वेषुकामशमी, अपरकृष्णमृत्तिका (cf. P. II, 1, 50). (इषुकामशमी vici nomen est in orientali Indiae parte siti. P. VII, 2, 14. Voces पूर्व, orientalis, अपर, posterior, quo illa vicorum nomina ab aliis eiusdem nominis distinguantur, additas puto); *b*) पूर्वपञ्चालाः, अपरपञ्चालाः, regio Pancalorum anterior, posterior; *c*) पूर्वयायातं, अपराधिरामं, narratio de Yayâti pristina, de Râma serior (अधिरामं = राममधिकृत्य प्रवृत्ता कथा. Vopadevas p. 88. P. II, 1, 6); *d*) पूर्वपाणिनीयाः, अपरपाणिनीयाः, schola Pâṇinîya prior, posterior; *e*) पूर्वचापाराटं; II. पूर्वपाञ्चालकः, सर्वपाञ्चालकः, ad orientalem Pancâlicae regionis partem, ad omnes Pancâlos pertinens (Pâṇinis VII, 3, 12. 13. regionum nomina post सर्व et पूर्व — hoc, si localem habeat notionem — affixo v. c. वुञ् (= अक P. IV, 2, 24) augmentum maius in prima finalis membri syllaba accipere docet. In eadem regula etiam अपरपाञ्चालकः, दक्षिणपाञ्चालकः dantur).

Huc refero Vedica: पूर्वचित्तिः, praevia admonitio, Rv. 84, 12; पूर्वपीतिः, primus potus, Rv. 19, 9; पूर्वहूतिः, prima invocatio, Yv. VIII, 59; पूर्वस्तुतिः, pristina laus, Sv. II, 9 *b* 10.

§. 125. *c*) उदक voce sequente prius membrum acutum in ultima syllaba habet, si composito mixtio designatur (VI, 2, 96); v. c. गुडोदकं, तिलोदकं, aqua, cui saccharum, cui grana sesamina admixta sunt.

§. 126. Exceptio paragraphi 1.

§. 126. पलल, सूप, शाक in fine compositi, quo cibus, admixtione rei priore membro designatae confectus, enuntiatur, in prima syllaba acutum habent (VI,

2, 128); v. c. घृतपललं, गुडपललं, caro butyro assa, saccharo admixto cocta; घृतसूपः, मूलकसूपः, ius butyro, herbis admixtis confectum; घृतशाकं, मुद्गशाकं, viridia edulia butyro condita, phaseolis mixta.

In iis regulis, quae usque ad finem determinativi compositionis generis sequuntur, exceptionibus illis §. 44, 6, posterioris membri ultima syllaba acuto pronuntiatur.

§. 127. Voces secundariae, quibus affixum significatione: 1) सम्पादिन्, praeditus, 2) अर्ह, dignus, 3) हित, salutaris, 4) अलं (sufficiens) in grammatica Pâṇinîya additum est, praecedente particula अ, *si ea qualitas negatur, quae affixo tributa est*, acutum in ultima habent (VI, 2, 155); v. c. 1) अकार्णवेष्टकिकः, destitutus inauribus (P. V, 1, 99); 2) अच्छैदिकः, indignus qui frangatur (P. V, 1, 64); 3) अवत्सीयः, perniciosus vitulo (P. V, 1, 5); 4) असन्तापिकः, impar calefaciendo (P. V, 1, 101). Contra अगार्दभरथिकः, alius atque is, qui curru asinis iuncto dignus est.

Voces illis significationibus a Pâṇine formatae hae sunt:

1) कर्मण्य, कार्णवेष्टकिक, वेष्यं.

2) अर्घ्य, आर्त्विज्जीन, इभ्यं, उदक्या, कडङ्करीय, कडङ्कर्य (?), कश्यं, गर्त्य, गुह्यं, छैदिक *), दण्ड्यं, दाक्षिणीय, दाक्षिण्यं, पात्रिय, पात्र्यं, बध्यं, भङ्ग्यं, भार्य, मधुपर्क्य, मुसल्यं, मेघ्यं, मेध्यं, यज्ञियं, युग्यं, यूप्यं, शीर्षच्छेद्य, शैर्षच्छेदिक, श्वैतच्छत्रिक, सुवर्ण्य, स्थालीबिलीयं, स्थालीबिल्यं.

---

*) Voces in collectione छेदादि exstantes non recepi, quum dubium mihi videretur, num ab omnibus derivationes affixo इक (ठञ्) fieri possent.

3) अजंध्या, अपूपीयं, अपूप्यं, अविंध्या, आचार्यभोगीनं, आत्मनीनं, ओलूयं, कपर्यं, खल्यं, चारकीनं, तिल्यं, दन्त्यं, पञ्चजनीन, पञ्चजनीयं, पितृभोगीन, पौरुषय, ब्रह्मण्यं, महाजनीनं, माषवीन, मातृभोगीन, माष्यं, माहाजनिक, यव्यं, रथ्यां, राजभोगीनं, ललाट्यं, वत्मीयं, विश्वजनीनं, विश्वजनीयं, वृष्यं, सर्वजनीनं, सर्वीयं, सार्व, सार्वजनिक.

4) औदनिक, औपवासिक, औपसर्गिक, कार्मुक, नैष्वेषिक, नैसर्गिक, प्रावासिक, मांसिक, मांसौदनिक, योग्य, यौगिक, वैसर्गिक, सांयोगिक, सांवासिक, सांवेशनिक, सांवेषिक, सातुंक, साङ्ग्रामिक, साङ्घातिक, सान्तापिक, सान्नाहिक, साम्परायिक, साम्पेषिक, माम्मोदनिक, सार्गिक.

§. 128. Itidem, si vocibus affixa secundaria य et यत् (य) addita sunt non tamen significatione: „huic (primitivo) destinatus“, itemque qualitas affixo tributa negatur (VI, 2, 156); v. c. 1) अपाश्या, अतृण्या, non multitudo, i. e. parva copia vinculorum, graminis (P. IV, 2, 49); 2) अदन्त्यः, अकर्ण्यः, dentibus, auribus perniciosus (P. V, 1, 6). Contra अदन्त्यः, non dentibus salutaris, sed alii rei; अपाद्यः, non pedibus destinatus (P. V, 4, 25).

E sententia scholiastae ibi tantum regula valet, ubi affixo य aut nulla aut una tantum addita est muta litera. Bhaṭṭojis haec annotat: तदनुबन्धग्रहणात्तदनुबन्धकस्येति। नेह। अवामदेव्यं। quae non intelligo. Neque, quum de ambitu regulae parum constaret, exempla collegi.

§. 129. Voces affixo अच् (अ) et क (अ) *) formatae praecedente negatione in ultima syllaba acuuntur, si composito aut impotentia designatur, aut vituperium exprimitur (VI, 2, 157. 158); *a*) अपचः, अपठः, coquendo,

*) Primaria tantum hoc loco intelliguntur, quorum nonnulla supra §. 46, 5. 8. collecta sunt.

legendo impar *); *b*) अविलिखः, अविक्षिपः, qui pingere, commovere non potest. Dicitur autem अपंचः दीक्षितः, qui ceremonias, sacrificium praecedentes, peragens non coquit, vel अपंचः, non coquens, sed alius, v. c. bibens; *c*) अपचो जाल्मः, scelus hominis, ne coquere quidem potest! अपठश्छात्रः, multum scilicet profecit discipulus, qui ne legere quidem possit; *d*) अविक्षिपः, अविलिखः, simili significatione.

§. 130. Sequens nomen proprium vel appellativum, si अ obiurgationis sensu praecedit, compositum in ultima accentum habet (VI, 2, 159); v. c. अदेवदत्तः, अयज्ञदत्तः, non D., non Y. (= iste homo minime a deo, sacrificio tributus est).

§. 131. Voces affixis कृत्य **) dictis, affixis primariis इष्णु et उक formatae, praeterea vocabula: अकस्मात्, अनङ्गमेजय, क्रीयमाण (n. pr.), गृहपति, गृहपतिक, चारु, त्वरमाण (n. pr.), म्रियमाण (n. pr.), यौधकि (v. l. यौधिक), रोचमान (n. pr.), वदान्य, वर्तमान (n. pr.), वर्धमान (n. pr.), व्यस्त (perturbatio?), समस्त (perturbatio?), शोभमान (n. pr.), साधु, et in Vedis राजन् et अहन् praecedente negatione in ultima acuuntur (VI, 2, 160); v. c. अकर्तव्यः, अकरणीयः, non faciendus, अनलङ्करिष्णुः, ornamentorum non amans, अनाढ्यम्भविष्णुः, non dives, अनागामुकः, non iens, अनभिलाषुकः, non desiderans, अचारुः, असाधुः, non pulcher, non bonus, अराजा, non rex, अनहः, non dies.

Vedica haec conferantur: अवयः, Rv. 93, 5, अनत्रयः, Rv. 6, 8, अनाधृष्यः, Yv. V, 5, अयुध्यः, Sv. II, 11 *b* 3, अवार्यः, Sv. II, 9 *a* 10, अविचृत्यः, Yv. XII, 65, असह्यः,

*) Bhaṭṭ. पक्तुं न शक्तः ।

**) Vide supra §. 44. Not. I.

Sv. II, 11 *b* 7, अघ्न्यः, Rv. 30, 19, sed अघ्न्यः, Sv. II, 6 *b* 15, अगोह्यः, Rv. 110, 3, अजोष्यः, Rv. 38, 5, अदाभ्यः, Yv. III, 18 etc. — Anomala sunt, अचित्तः, Sv. I, 1, 7, 7, अनाशस्तः, Rv. 29, 1, अमुधः, Yv. IX, 20, अविषपर्णाः, Yv. II, 20, अचक्रः, non vaccillans, Rv. 121, 11, अनातुरः, illaesus, Rv. 114, 1, असश्चन्, nihil aliud morans, Rv. 112, 2.

§. 132. Voces अनन्नं, अतीक्ष्णाः, अशुचिः et vocabula affixo तृन् (तृ) formata praecedente अ aut in ultima syllaba acutum habent, aut in prima (VI, 2, 161); v. c. अनन्नं vel अनन्नं, अकर्ता vel अकर्ता.

§. 133. Vox उत्पुच्छः, quam उत्क्रान्तः पुच्छात् interpretantur, acutum in prima vel in ultima syllaba habet (VI, 2, 196).

Addunt homines ingeniosi, quibus nihil tam arduum est, quin adductis regularum sealis transscendere possint: यदा तु पुच्छमुदस्यति उत्पुच्छयते । एरच् । उत्पुच्छस्तदा थाथादिस्वरेण नित्यमन्तोदात्तत्वे प्राप्ते विकल्पोऽयं । सेयमुभयत्र विभाषा । i. e. „si idem nomen, a quo denominativum formatum est, rursus a denomiuativo formatur affixo अच् (उत्पुच्छि + अ, P. III, 3, 56!), tunc e regula §. 44. proprie vox oxytonon tantum esse possit; sed nostra regula arbitrium sistitur. Igitur sive a verbo denominativo derivatum est sive minus, duplex accentus poni potest."

§. 134. Voces bisyllabae, practerea अजिन, praepositionem उप sequentes in ultima acuuntur, exceptis कन्या, कल्प, कृष्ण, गुध, गौर, जिह्वा, तैल, तैष, पाट, लेट, लोट, quibuscum compositum उप accentum suum obtinet (VI, 2, 194); v. c. उपदेवः, उपेन्द्रः, उपजिनं; verum उपगौरः — Cf. उपांशुः, Yv. XIII, 54.

§. 135. Voces प्रत्यंशुः, प्रतिजनः, प्रतिराजा (contra P. V,

4, 91 cf. प्रतिशाज्ञानः Rv. I, 70, 26), प्रत्युद्वः, प्रतिकण्टकः, प्रत्युशिरं, प्रत्यार्द्रा, प्रतिश्रवणं, प्रतिकृत्तिका, प्रत्यार्धपुरः acutum in ultima habent (VI, 2, 193).

§. 136. Vocabulo सु incipientia composita acutum in ultima habent, si ea laus, quae particula exprimitur, cum ironia tantum tributa (VI, 2, 195); v. c. सुप्रत्यवसितं, optime nimirum perfectum!

F. Composita numeralia.

§. 137. Composita numeralia generalem legem §. 1. sequuntur, v. c. त्रियुगं, tres aetates, Yv. XII, 75 et त्र्यायुषं, supra §. 2.

§. 138. Si compositum numerale, quo Somi libatione celebratum sacrificium (क्रतुः = सोमसाध्यो यागः Schol. ad P. II, 4, 4) denotatur, posterius membrum est, prius in ultima syllaba acuitur (VI, 2, 97); v. c. गर्गत्रिरात्रः, चारकत्रिरात्रः. Contra बिल्वत्रिरात्रः dicitur, quia hoc sacrificium non क्रतु est, sed होम, in quo butyro tantum diis fit.

De गर्गत्रिरात्रः vide §. 86. ubi vox alium accentum habere dicta est.

G. Composita adverbialia.

§. 139. Etiam composita adverbialia in ultima acuuntur; v. c. अनुकामं, ex optato, Rv. 17, 3; अनुपूर्वं, deinceps, Rv. 117, 3; अनुष्वधं, post potum, Rv. 81, 4; अभिज्ञु, usque ad genua, Rv. 37, 10; प्रतिदोषं, quavis nocte, Rv. 35, 10; यथापथं, quavis via, Yv. V, 40.

§. 140. परि, प्रति, उप, अप in initio compositi adverbialis accentum suum obtinent, si aut sequens nomen

praepositionibus exclusionis sensu usurpatum esse significatur, aut diei vel noctis partes sequuntur (VI, 2, 33); v. c. परित्रिगर्तं वृष्टो देवः, Trigarti vicinia, non in Trigarto ipso *), अपत्रिगर्त्तं, magno Trigarti distantia, प्रतिपूर्वाह्णं, versus primam diei partem, उपपूर्वरात्रं, versus primam vigiliam.

§. 141. कूल, तीर, तूल, मूल, शाला, अक्ष, सम in fine compositi adverbialis acutum in priore syllaba habent (VI, 2, 121); v. c. उपकूलं, उपतीरं, उपतूलं, उपमूलं, उपशालं, उपाक्षं, निषमं, विषमं, दुःषमं etc.

II. Regulae nonnullae, quae maximam partem relativam, determinativam, adverbialem compositionem complectuntur.

§. 142. वन in fine compositi praecedente praepositione acutum in ultima habet (VI, 2, 178. 179); v. c. प्रवणः, declivis locus, Rv. 52, 5; निर्वणे प्रणिधीयते, in loco sylva libero, i. e. aperto; अन्तर्वणो देशः, in mediis sylvis situs.

§. 143. Etiam अन्त praecedente praepositione exceptis नि et वि oxytonon est (VI, 2, 180. 181); v. c. पर्यन्तः, समन्तः; contra e regula §. 44, 6. न्यन्तः, व्यन्तः.

§. 144. Ubi praepositio अति compositum significatione: „ultra terminum aliquem progressus" exorditur, ultima compositi syllaba acuitur (VI, 2, 191); v. c. अत्यङ्कुशो नागः, elephas ultra vectoris uncum progressus,

---

*) Bhaṭṭojis ad P. VIII, 1, 5. exemplum परि परि वङ्गेभ्यो वृष्टो देवः ita explicat: वङ्गान्परिहृत्येत्यर्थः —

i. e. longius remotus, quam qui unco attingi possit; अतिपदा शक्वरी, Çakvarî-metrum, quod iusto plus versus habet.

Pâṇinis अकृत्यपदे, in cuius explicatione Patanjalem secutus sum, nihil magis mihi videtur dicere, quam, quod de universo hoc compositionis genere valet, compositionem eius modi esse, ut membra iam formata non interna necessitate quadam, sed casu magis coniuncta sint.

§. 145. Praecedente अधि significatione „supra stans“ compositum oxytonon est (VI, 2, 188); v. c. अधिदन्तः, dens, qui supra alium crevit.

§. 146. Composita *relativa*, quorum अनु prius membrum est, oxytona sunt, *determinativa* vero in prima syllaba acuuntur (VI, 2, 189. 190); v. c. अनुज्येष्ठः, seniorem vel praestantissimum secutus; sed अनुज्येष्ठः, senior secutus. अनुकनीयान् tamen, iunior secutus, in ultima acuitur.

Vox अनुपुरुषः, significatione: „saepe iussus (?) *) homo“ acutum in ultima habet; contra अनुपुरुषः, homo secutus, dicitur.

§. 147. Voces अपस्फिगं, अपपूतं, अपवीणं, अपाञ्जः, अपाध्वा (sic! contra P. V, 4, 85), अपकुक्षिः, अपनाम, eodemque modo aratri synonyma, praepositionem अप sequentes, oxytona sunt (VI, 2, 187); v. c. अपसीरं, अपहलं.

AC. 205, 4: लाङ्गलं हलं गोदारणं च सीरः। Etiam हालः nomen aratri est. Medinîk. p. 146, 2.

§. 148. Etiam अपमुख et अभिमुख in composito adverbiali (VI, 2, 185. 186); v. c. अपमुखं, अभिमुखं. For-

---

*) Scholiasta vocem Pâṇinis: अन्वादिष्टः per कथितानुकथितः explicat.

tasse etiam in compositione relativa, si „facici“ notio non iam apparet, ut in exemplo: अभिमुखा शाला, ex adverso stans.

§. 149. Praecedente नि sequens membrum in ultima acuitur, nisi नि occultationis sensum composito tribuit (VI, 2, 192); v. c. निमूलं, न्युचं (cf. AC. 342, 8. न्यचं कात्स्न्र्यनिकृष्टयो.). निदंपडः vero acuitur: occulta poena.

§. 150. Voces praepositionem परि sequentes oxytona sunt, si rem in duobus lateribus exstantem significant, praeterea compositum परिमुपडुलं (VI, 2, 182); v. c. परिकूलं, परितीरं, utraque ripa, vel: circum ripis praeditus.

De परिकूलं, परितीरं vide §. 141.

§. 151. Voces praepositionem प्र sequentes oxytona sunt, si composito appellativum formatur, nisi si posterior pars animalis membrum significat (VI, 2, 193); v. c. प्रगृहं, porticus, प्रकोष्ठः, regia aula (Hemac. II, 3, 175), प्रद्वारं, porta exterior. Contra प्रपदं, extrema pedis pars.

§. 152. Praeterea hac voces oxytona sunt (VI, 2, 184): उदाज्ञिन, उपाज्ञिन, दुस्तरीप, निरज्ञिन, निहृदक, निरुपल, निर्मक्षिक, निर्मशक, निष्कालक, निष्कालिक, निष्पेष, निस्तरीक, निस्तरीप, परिहस्त, परिपाद, परिकेश, परिकर्ष, aliacque, quarum enumeratio desideratur.

§. 153. In unum hic locum voces collegi, quae, in fine compositorum usitatae, a grammaticis falso inter affixa referuntur. कल्प, बहु, पात्र, रूप iam supra tractata sunt.

I. कुणा, चणा, चुञ्चु, पाश. Vox praecedens suum accentum servat.

II. भोगीन. Compositum in prima syllaba acuitur

(cf. tamen P. V, 1, 9. vârt. et nonnulla exempla §. 127, 3).

III. ताति *), भक्त, विध. Vocis praecedentis ultima syllaba acuto pronuntiatur.

IV. काण्ड, खण्ड, चर्, तूस, देश्य, धेय, पिश्र, पेत्व, शाकट, शाकिन, सोढ acutum in prima syllaba habent, जातीय et देशीय in media.

V. कट, कटूया, कृत्वस्, गोयुग, गोष्ठ, ग्राह, तैल, दघ्न, द्वयस, पट, परीत्त, स्कन्ध oxytona sunt.

Quum iam in eo sim, ut opellae meae finem imponam, pauca tantum memorare volo, quae e praecedentibus videntur concludi posse. Atque hoc neminem negaturum puto non e Vedorum tantum lectione sed etiam e vita atque usu leges repetitas esse. Etenim haec opinio nihil omnino ab illa dissentiret, qua olim homines imperiti linguam Sanscriticam a Brâhmanis inventam esse statuebant. Praeterea tot est regularum ex quotidiana et domestica vita haustarum, ut exempla ne in Brâhmanis quidem, communi orationi proximis, repertum iri existimem. Nec parvus est numerus praeceptorum, quae Vedis solis destinata sunt. Omissis singulis confirmandae sententiae meae hunc tantum Çlokum in fine affero:

परादिश्च परान्तश्च पूर्वान्तश्चापि दृश्यते ।
पूर्वादयश्च दृश्यन्ते व्यत्ययो बहुलं स्मृतः ॥

i. e. „in Vedis anomale alterius membri prima vel ultima, prioris ultima vel prima acuuntur, diversique ge-

---

*) cf. अरिष्टताति:, Yv. XII, 81, ज्येष्ठताति:, Yv. VII, 12, देवताति:, Yv. IX, 16, शन्ताति:, Rv. 112, 20, सर्वताति:, Rv. 94, 15.

neris commutationes reperiuntur." Quam assertionem etiamsi equidem minime defendere velim, id elucere tamen puto grammaticos saepe communis usus leges cum Vedis conciliare non potuisse.

Denique etiam in accentu compositorum admirabilis illa linguae Sanscriticae virtus agnoscitur, qua omnia, quantum maxime potest, rerum naturae accomodantur. Etenim in compositione copulativa, quamvis in deorum tantum nominibus, duplicem accentum poni vidimus, quod, ab initio in toto genere factum esse, nihil impedit, quominus coniiciamus. Porro in relativa, si prius plerumque membrum suum accentum obtinet, ea ratione id fieri puto, quod, quum posterius membrum adiectivi naturam assumere vocique, ad quam refertur, in casu, numero, genere obsequi coactum, libertatem suam plane amiserit, prius eo maiorem vim et gravitatem sibi vindicat. Contrarium vero in compositione attributiva cernitur, ubi prius membrum determinandae solum et accuratius definiendae posteriori parti inservit. Hoc est, quod grammatici, in una tantum re falsi, ita expresserunt: पूर्वपदार्थप्रधानो ऽव्ययीभावः । उत्तरपदार्थप्रधानस्तत्पुरुषः । अन्यपदार्थप्रधानो बहुव्रीहिः । उभयपदार्थप्रधानो द्वन्द्वः । Sk. fol. 58 *a*.

ADDENDUM.

Regulas VI, 2, 21. 25. 65. 95. utpote mihi difficiliores omisi.





